BOHAEMIA PIA.

Hoc est,

HISTORIA BREVIS,

PIETATEM AVITAM BOHEMIÆ E' MIRACVLIS, Ducibus & Regibus, Sanctis quoque, Episcopis & Archiepiscopis, & ex aliis ostendens, quinq; libris comprehensa.

Accedunt insuper res quædam gestæ sub LVDOVICO *Rege hactenus non euulgata.*

AVTHORE

Reuerendiss. Domino GEORGIO BARTHOLDO PONTANO à Braitenberg S. Metr. Eccles. Pragens. Præposito, Olomucens. & Budisinens. Canonico, Prot. Apost. Comite Palatino &c.

Cum INDICE *rerum memorabilium copioso.*



Cum Gratia & priuilegio Sacræ Cæs. Maiest.

FRANCOFVRTI

Apud Claud. Marnium, & heredes Io. Aubrii.

MDCVIII.

SVMMA PRIVILEGII.

Notum omnibus & singulis typographis, bibliopolis, chalcographis, librorum impressoribus, aliisque quamcunq; negociationem librariam exercentibus, esto: Cæsareo priuilegio speciali cautum esse firmiter GEORGIO BARTHOLDO PONTANO a Braitenberg, *libri huius, cui titulum fecit,* BOHEMIA PIA, *quemque typis Claud. Marnii & heredum Io. Aubrii procudi iam voluit, auctori, ne quis ipsorum alius hunc librum, vel alios quoscunque ille prædictus* G. BARTHOLDVS PONTANVS *edidit, ediderit, aut in compendium redegerit, per totum* octo annorum *spatium à prima operis editione computandum, intra Sac. Rom. fines, simili aut alio charactere, vel forma, siue in toto siue in parte recudere, aut alii recudendos dare, aut alibi impressos adducere, vendere, distrahere, palam vel occulte, citra expressam voluntatem prædicti Dn. auctoris ausit vel præsumat: sub pœna priuationis librorum, auctori vindicandorum, & decem marcharum auri puri, fisco Cæsareo inferendi, irremissibiliter; vt latius continetur litteris Cæsarea manu subscriptis, ac sigilli Cæsarei impressione munitis, datis in arce regia Pragæ die* XXVI. *Febr. anno Domini* MDCIV.




Reuerendissimo & Illustrissimo PRINCIPI ac DN.

DN. JULIO



DEI GRATIA EPISCOPO HERBIPOLENSI, FRANCIÆ ORIENTALIS DVCI,

author omnem fœlicitatem, iuxta animi desideria, precatur.



BOhæmiam Piam dudum concepi animo, Præſul & Princeps Illuſtriſsime, qua è miraculis, Ducibus & Regibus ad hæc noſtra tempora, Sanctis item, Epiſcopis & Archiepiſcopis, & aliis ad hoc facientibus, compendio quodam breui auitam regni amplitudinem & pietatem commonſtrarem. Nam licet multi multa de rebus Bohæmiæ (vti materiam immenſam ſcrutanti ſcribentique ſemper ſubminiſtrat Bohæmia) perſcripſère, tamen aut prolixè confuſéq;, vel Idiomate non latino, vel audita tantum, aut aliquam partem, vel non ſerie iuſta Reges, Epiſcopos & alia, quæ hîc comprehenduntur attigerunt. Principio namque pono admiratione digna & ſanctitate plena, vt lector pius alliciatur his, informetúrque magis, quomodo rebus

admirandis creuerit & claruerit terra patria, deinde qui vsque ad Imperatorem & Regem nostrum Rudolphum II. D. Dn.N. clementissimum huic terræ dominati sunt, item qui patroni nostri sancti, quamuis SS. Cosmas & Damianus, in fine collocati sunt, omissi in ordine: insuper qui Episcopi & Archiepiscopi fuerint vsque ad modernũ Reuerendiss. D. D. Carolum, qui die VII. Octobris huius anni MDCVII. in Metropolit. Ecclesia à Reuerendiss. & Illustriss. Dn. Antonio Caietano, Archiepiscopo Capuano S. sedis Apostolicæ Legato, assistentibus Reuerendissimis Ioanne Stephano Ferrerio Episcopo Vercellen. Nuncio præterito, nec non Ioanne Lœhelio Episcopo Sebastiens. suffraganeo Archiepiscopi, Abbate Strahouiens. solenniter est inauguratus, cum descriptione eorum omnium succincta. Prætereà, quam pietatem ostenderint in exordiis literarum suarum huius terræ principes: Quod si tandem priuilegia ipsa & fundationum literas ab iisdem principibus concessas adiicere debuissem, nõ fuisset compendii huius terminus debitus. Sunt enim penes Ecclesiam Metropolitanam libri XII. erectionum vel fundationum omnium templorũ, beneficiorúmque Ecclesiasticorum per totam Bohæmiam, libri actorũ plurimi, plurimi libertatum, immunitatũ, priuilegiorũque, quibus S. Metro-

Metropolit. Ecclesia decorata est & exaltata, qualis forsan alia extra Regnum nulla (taceo de Collegiatis & monasteriis, prętereo ritus, ceremonias, cantiones & alia Ecclesiastica deuotissima) vt in immensum opus concrescerent, si in publicum emitterentur. Vnde hæc prælibasse pro tempore duxi satis, ex quibus Bohæmia Pia cognoscatur. Qui autem vixit Caroli IV. tempore, vtique Bohæmiam vidit & piissimam & vndequaq; florentissimam. Cùm autem cogitarem, quem Patronum opusculo huic meo præficerem, vt in exteras terras Bohæmiæ Piæ laus propagaretur, inter multos primas partes, Præsul & Princeps Illustrissime, obtines, qui cum S. Regno Bohæmiæ coniunctus, & ipse domi forisque, argumenta pietatis veræ admiranda exhibes. Fatetur tota Orientalis Frãcia, quę zelo, pietate & studio Præsulis sui incomparabilis, ad Deum & Religionem auitam conuersa est, suique Principis bonitate in pace exultat. Testantur templa plusquam trecenta per omnem Franciam, nec non monasteria, quæ vel restaurata, vel denuo extructa, diuino cultui sunt reddita. Sed & collegium patrum Societatis Iesu, insuper & Academicorũ cum ipsis templis splendidissimis, & hospitale Iulianum instructissimum cum Ecclesia sua insigniter erecta, adde & Seminarium, nulli se-

cundum, redditibus amplissimis certissimisque dotatum ab Episcopo pientissimo, pro XXIIII. Franconibus nobilisimis (nihil dico de aliis seminariis ibidem) in quo pietatem auitam, artes ingenuas, quæque talem nobilitatem decent, honestisimè commodisimeque simul possint apprehendere, testes sunt omni exceptione maximi. Et quis in Imperio sacro Rom. vel extrà illud est, qui IVLII ECHTERI Pontificis & Principis Franciæ Orientalis optimi, pietatem erga Deum & homines, regimen diuturnum, vtpote triginta quatuor annos excedens, fortunatúmque, curam pastoralem diligentissimam, de Republica Franconiæ sollicitudinem plusquam paternam, reformationem in capite & membris, in Clero & populo, prætereà nomen celebre & monumenta virtutum laudumque suarum, cùm innumera, tùm maxima, futurísque sæculis testimonia infallibilia, non nouit, non admiretur? Ego sanè fatear necesse est, quòd ex sola gratia, innatáque beneficentia tua, Patrone colendissime, præter omne meritum meum (quid enim ad tanti Principis bonitatem liberalitatémque ego?) tot beneficiis & affectibus gratiosis deuinctus sum, vt cum Propheta Regio ausim dicere, Adhæreat lingua mea faucibus meis, si

non

non meminero tui, *gemma Sacerdotum, decus & lumen Præsulum, Wirceburgensis Diœcesis Restitutor & alter parens,* imò quid obstat dicere, *Pater patriæ?* Quod loquor merentur virtutes tuæ singulares, quod debeo nec ingenium nec facultas sufficit, adiiciat Deus quod nequit homo, fœlicitet Deus quod precatur homo.

Ideóque exulto tecum Pontifex meritissime, de rebus tàm præclarè gestis, quarum & finis erit gloriosus, pro Deo, pro Ecclesia sancta, pro Republica Christiana, cum Clero cúmque omni populo congratulor & fausta precor. Et quia pro honore tanti Principis próque mea erga te reuerentia & obseruantia, aliud non habeam, ecce duo minuta, vnum, quod dignitatem rei, quam suscepi, non possim satis exprimere, alterum, quod tibi pro dignitate & meritis non possim gratificari, opusculum nimirum hoc exiguum affero, quo nomen tuum veneror & colo, pro promptuario sit promptitudo mea, mentisque memoris gratæque testificatio, nec tamen, vbi facultas fuerit, voluntas deerit. Interim Deus opt. max. pro cuius nominis gloria, animarúmque sanguine suo pretioso redemptarum salute, opes, vires, labores, vigilias, curas, dies noctésq; indefesso stúdio impendis, tibi vitam gratiamq; concedat, vt

quæ adhuc animo pientiſsimo concepiſti, in effectum optatum producas, Francones omnes & qui naſcentur ab illis, Domino Deo lucrifacias. Iucundum erit hoc videre in terris, iucundiſsimum audire in cœlis. Venientes autem venient cũ exultatione portãtes manipulos ſuos. Viue vale Præſul & Princeps deſiderabilis. Pragæ è Muſæolo meo pridie Vigiliæ Natiuitatis Chriſti, anno M D C VII.



CAR.

CARMEN HEROICVM
In commendationem Reuerendiſs. Domini AVCTORIS huius BOHÆMIÆ PIÆ,

Scriptum à

VALENTINO LEVCHTIO SS. Theologiæ D. Proton. Apoſt. & Com. Pal. Can. & Concionatore Francof.

Qui natale ſolum cœleſti numine plenum,
Et variis rebus, virtutibus inſuper auctum,
Quæ miracla Dei nutu patefacta per illud,
Vel quis honos, rerum quæ gloria, quiue triumphi,
Si quid & eſt aliud, quæ ſunt monumenta penatum,
Præ reliquis regnis regionibus, vrbibus, aulis,
Carmine grandiloquo, viuis ſermonibus, ornat,
Multigenisq́ modis, ſcriptisq́ recludit & effert;
Is ſibi perpetuam laudem, nomenq́ perenne
Comparat, & memori cum poſteritate reponit
Talis erat Magnus quondam ille Gregorius Orbis
Præſul, & Antiſtes Ambroſius auctor vterque
Magnificus, Patriæ cultor Pietatis auitæ,
Quorum ſcripta manent totum celebrata per orbem,
Et quibus ipſa Dei nunc eſt Eccleſia grata.
Sic tu chare Deo, vir maxime, ſtirpe Bohæme,
Pons Patriæ nomen cuius ſuper æthera tollit,
Et mons ipſe ſacer propior quem latus adornat,
Magna refers, ſcriptisque tuis geris æmula diuis
Pectora, & humanis ſublimior ardua ſpectas:
Nam miracla Dei monumenta Bohæmica prodis
Omnia, quæ charæ patriæ & data commoda terræ,
Qui primi fuerint ortus, quæque incunabula gentis,
Czechiadum, vnde genus, vel quo ſit origine cretum,
Quis ſtatus antiquæ terræ, quæ tempora pacis,
Quotque Duces veteres ipſos, Regesque ſecuti,
Relligione Patres atque alta Altaria templis,
Quæ res ſint quondam per quæuis ſecula geſtæ,
Vt ſors cunque dedit, varia ac mutabilis æuo,

Quos tulerint proaui pro relligione tumultus,
Continua serie describis & ordine promis,
Fortiter acta simul veterum aspera bella recenses.
Sic tu chare Deo, vir maxime, stirpe BOHÆME,
Grande opus hoc profers magni immensiq; laboris,
Perge tuis Patriæ prodesse nepotibus, vt sic
Posteritas etiam veteri vestigia regni
Noscat, queis toto nunc nobile corpore prostet:
Sudantemq; tuam prælo cito BIBLIOTHECAM
Porrige, quæ templis magno cum fœnore scripta est.
Sic te fama vehet super omnia climata mundi,
Te mare, te tellus, te denique sydera magnis
Laudibus extollent, tibi tota & curia Olympi
Seruiet æternum, sub summo Principe CHRISTO,
Pro tantis meritis, pro talibus insuper ACTIS.

In Reue-

In Reuerendissimi Domini

DN. GEORGII BARTHOLDI PONTANI A BRAITENBERG

Præpositi Pragensis, Canonici Olmutiensis, & Budisinensis, Protonotarii Apostolici, Comitis Palatini, & Sac. Cæsar. Maiest. Consiliarii

BOHÆMIAM PIAM

ludus puerilis

IOANNIS GVILIELMI BRANDT Moguntini.

Phœbus vt æthereo pellit radiantia cælo
Sidera cum roseum non tegit vnda caput:
Vtque soporiferæ radios vetat esse sorori
Dum vectus nitidis gurgite surgit equis:
Sic quoque PONTANVS *diuinæ legis amator*
Cuius aperta nihil pectora fraudis habent,
Cui Deus omnipotens meritos donauit honores,
PRAEPOSITI *titulis, imperioque frui:*
Aonios animos excultos artibus, omnes
Claros inter habet nomina clara viros,
Non huic Castalidum ductor, non dona negauit
Bistonia, ex summi vertice nata Iouis
Quæ Natura viro doctis comitata Deabus
Tradidit hæc iustis addidit ille modis:
Nec satis efferatus superis dare munera laudum,
Et semper verbis inuigilare piis:
Sed ritus patrios, quos læta BOHAEMIA *seruans*
Placauit iustè numina summa sibi,
Et mores memorat veterum, mirandaque diuûm
Auxilia, & miris prodigiosa modis:
Quid referam quantos reges, quantosque Monarchas
Commemoret Marci haud inferiore stylo?
Induperatoris proauos, atauosque, parentesque
Imperii fasces qui tenuêre sui.

O nimium felix, & fausta BOHÆMIA, *cælo*
Delapsum veluti hunc iam venerare virum:
Dumque potes venerare, feræ ne stamina Parcæ
Dum rumpent (superi quod prohibere velint)
Amissum plores, tristi rutila astra fatiges
Voce, ac in cassum plurima vota feras.
Dumq; PIAM *dicit te, fac ne dicier vnquam*
Impia in hunc possis, nec male sana virum.
Tu vero PONTANE *Deo gratissimus heros*
Quem summi exspectant regna beata poli;
Tales ne fugias indigna mente labores
Nam labor iste tibi sternit ad astra viam:
Sternit ad astra viam reliquis, quos Dæmon iniquus
Mersisset nigras in Phlegethontis aquas:
Te non vlla dies memori crede eximet æuo
Carminibus viues tempus in omne meis.

BOHÆ-




BOHÆMIÆ PIÆ

LIBER PRIMVS

De rebus magnis & miraculis.





VSPICATVRVS historiam Bohæmiæ Piæ operæ pretium duxi ad beneuolentiam captandam lectoris & ad cognoscendam rem omnem summatim, neue opus sit rem vnam toties repetere, adducere in hoc primo libro primam originem, successum vt quam mirabiliter Deus ordinauit & adfuit, vt cultus suus & pietas verè Christiana simul & Catholica institueretur, nec non propagaretur. Si itaque penitius introspiceremus, quanta sit in hoc inclyto Bohęmię Regno, diuinæ benedictionis gratia, quàm fœlix & locuples vbertas, quam inexplicabilis rerum magnarum gloria, fieri non posset, quin ad Religionem Orthodoxam, ad pietatem antiquam, ad charitatem & æquitatem absolutam, ad maiores solito gratias Maiestati diuinæ persoluendas accenderemur vehementius. Sicut enim rerum omnium authori Deo placuit, vt Anno DCXLV. sub Ioanne IV. Pont. max. sub Constantino tertio Orientis Domino, Zechium Ducem cum selectiori Croatiæ & Sclauoniæ populo in hanc terram deduceret, populumque sibi non aliter, quàm olim Israeliticum instituerat, ita nostrarum est partium, Deum toto corde amare, colere, adorare & prædicare. Tria namque principaliter Deus per benemeriti Ducis Croci filiam Libussam, principem prudentissimam, vatemque admirabilem Regno huic sacro publicata voluit. Primum quidem quoad Religionem & sanctitatem videns ciuitatem, Pragam nimirum, futuram dixit, quæ caput suum inter nubila conderet. In illa oliuę duæ plantabuntur, sanctum Wenceslaum & Albertum insinuans. Alterum quoad diuitias, vertens se ad montes & ad quatuor terrę partes dixit primo. Video syluā Betulliciam, montemque argento plenum, cuius vsus vobis posterisque vestris qui per hoc diuites amplificabuntur & ab exteris mitè colentur (si occidentales vobis dominari non patiemini) deseruiet. Conuersa ad meridiem dixit. Video montem pineis consitū (Gilouiam) qui vobis loco noui mundi erit. Ibi namque auri vis magna, quod nunquam deficiet nisi charitas inter vos refrixerit. Postmodum ad Orientem se reflectens dixit. Video triangularem montem (Cutrnenses montes) suprà modum omnem argento diuitem. Vltimò ad læuam dicens Ecce ibi adhue montē Gruppensem conspicio, stanno & plumbo refertissimum, quæ omnia Dii per me vobis significari voluerunt, vt iis in charitate & concordia perfruamini. Atque tandem in sedem se collocans conclusit. Aurū, argentum, cuprum, ferrum, stannum, plumbū, & metalla alia in affluentia, panem ad vsum necessarium habebitis; quod & Primislaus, cum ex agro ad Ducatum & coniugium mirabiliter vocaretur, præsagire visus est. Tertium. Quæ contemni se & Ducem post desiderari imò postulari à populo intelligebat. Oratione sua efficaci impendens ceruicibus populi iugum & fatū ineuitabile expressit: quod idem Primislaus confirmauit, dum secum mensam suam ferream, hoc est, aratram traheter, dicens, quod eos in virga ferrea esset gubernaturus, prout in annis Libussæ latius videri poterit.

Et quia prima prophetia de S. Wenceslao agit & sub eodē Religio Christiana & Cha-

tholica, cultus diuinus, sacerdotium, templa, monasteria & id genus alia rem diuinam, salutemque populi & animarum concernentia, introducta sunt & propagata, & aurea tum fuerint sæcula ideo sub illis temporibus quando Maiestatem diuinam, coluerunt, quam fœlicitatem & abundantiam experti fuerint incolæ, paucis explicabo, sane quis pernegabit igniculos Religionis & pietatis etiam in Ethnicorum animis vim suam habuisse cum Primislaus & Libussa ex auro puro conflatum Idolum Zelu gratitudinis ergò erexerit, moreque suo coluerit quando illis adhuc Religio & cognitio Dei vera nondum innotuisset, quam fortassis nobis melius fuissent amplexati. Sicut & Ludmilla ipsa adhuc gentilis Idolum suum Crosinam, oleo & vino primitus à Rege Morauiæ (vt est in vita ipsius) transmisso honorauit Anno DCCCXXII. & pluuia copiosa, quę mensibus tribus desiderata fuit, subsecuta est. Atq; tum demum ardor ille erupit in flammam, cum Dux Borsiuoius à Suatopluco Marcomannorum Rege inuitatus, S. Cyrilli informatione diligentissima, ad fidem Christianam conuersus Anno DCCCLXXXIV. in vigilia S Ioannis Baptistæ cum familia sua Baptismum suscepit. Sic enim S. Cyrillus Borsiuoio interroganti, quid nam ex hac fide, quam prædecessorum suorum nemo professus esset, sperare debeat, respondit: dicens Deus, qui cælum & terram, lunam & stellas, quiq; te & omnia quę in mundo sunt, creauit, præcepit mihi vt tibi significem, volūtatem suam Si abrenunciaueris Idolis tuis & diabolis, qui in illis habitant, fies tuorum dominorum Dominus, & omnes inimici tui coram te trepidabunt, tuaq; progenies aquæ instar, quam fluuii multi subintrant, amplificabitur. Etenim Morauiæ regnum hoc in stirpem ciuitatemque tuam, quam nunc incolis, transfertetur, quæ translatio facta est Anno MLXXXVI. Hic Bursiuoius propter fidem Christianam, exilium posteà omnemque iniuriam tulit patientissimè. Deo comendans omnia, vouensque tum Deo in pręsentia Regis & Episcopi Morauiæ: Si Deus illum in Ducatum collocauerit pristinum, se & Christianum fore bonum & Mariæ virgini diuæq; matriq; templum insigne dedicaturum. Vbi paulo ante votum emiserat, ecce Bohæmiæ legati adsunt, reditum suum constanter efflagitantes, eoque deducunt, vt e uestigio se in Bohæmiam S. Cyrillo Episcopo comite reciperet, qui postea Ludmillam vxorem suam cælitus monitans, si gratiam saluatoris mereri voluerit, fonte Baptismatis abluit, acclamante omni populo, plurimumque proficiente in deuotione. Tertioque reditus sui die templum Lætæ Curiæ Pragæ veteris in honorem assumptæ beatissimæ Virginis Mariæ (prout multa alia annis sequentibus) expensis propriis iussit erigi, illoque anno DCCCLXXXXIX. tanta rerum omnium quibus homines & pecora nutriuntur, fuit abundantia, vt fidem Christianam professi nouiter, admirarentur, bonitatemq; diuinam collaudarent dicens Ab annis immemorabilibus Deum tam liberaliter suis non prouidisse, idq; iam solum fieri propter susceptam fidem Christianam, eamq; Catholicam. Ideuque nec ipsi tantū in ea confirmabantur, sed & gentiles ad eam amplectendam & propagandam, studio summo impellebantur. Tantæ molis erat Bohæmam condere gentem, & plantare fidem, iutare in verba salutis. Ecce prophetia Libussę, ecce S. Cyrilli vide persecutiones Borsiuoii vide secutam gloriam & emolimenta exinde promanantia. Ab honore Dei incipit, primum quærit cęlorum regnum & subiiciuntur illi omnia. Deinde Anno DCCCCLXX. Boleslaus Pius, deuotionis causa. Boleslauiam ad tumbam S. Wenceslai peregrinans, in reditu somno graui correptus ex equo in terram descendit atq; ibi proiestus horam integram dormiuit. Atque euigilans dixit. Se vidisse, quomodo S. Wenceslaus Deum sibi fecerit propitium: qua de causa locum signare iussit, & templum S. Wenceslai, quod in Prossik dicitur, condidit. Quanta præterea maiorum nostrorum fuerit pietas, quanto honore & desiderio patronos sanctos expetierint, (vt templa omnia & singula Bohæmiæ, eorumque fundationes scienter transeam, nam aliud opus postulant. Religionis autem & pietatis auitæ sunt testimonia tam luculenta, quam æterna) quantumque eorum præsentiæ, patrocinio & gratiis tribuerint, cognoscitur ex eo, quod S. Adalberti corpus summe desiderantes, nisi præuio ieiunio triduano & Oratione & ad instantiam S. Adalberti, qui noctu Seuero Episcopo Bohæmiæ apparuit, promitterent seruare ea, quæ in Baptismo iurassent, potiri non potuerunt. Ideoque Dux Bretislaus populo suo post promissam pœnitentiam & peccatorum suorum detestationem mandat anno MXXXIX. vt iterum sanctè iurent, quod non velint amplius bestiarum more viuere, sed matrimonium iuxta mandatum Dei & Ecclesiæ institutionem, sanctum, sanctam & sine diuortio vllo ad vitam vsque conseruare. Delinquentes virgis cæsi in Vngariam ad seruitutem perpetuā nullo vn-

lo vn-

le vnquam modo tempore redimendi vendantur. Cui pænæ & virgines & viduæ subiectæ esse debeant. Qui aũt patrẽ aut matrẽ suã propriã vel spiritualẽ pcusserit, ferreis vinculis constrictus è patria ad perpetuã seruiturẽ pariter relegatus. Qui tabernã tanq̃ radicẽ omnis mali & fomitẽ vitiorũ ædificauerit, aut expensas fecerit, aut in ea propinauerit, tãquã trãsgressor legis huius, detonso capite in foro medio ad columnam ligatus, a lictore in terrorẽ aliorũ virgis cædatur. potus omnis in terram effundatur, potator verò in ea repertus carcere & mulcta pecuniaria puniatur. Nundinę diebus Dominicis & festiuis plane sint nullæ. Et vt in Cæmiterio locoq; sacro tantũ, sicut S. Adalbertus p̃cepit, nõ aũt alibi mortuorum fiat sepultura. Iã quanta beneficia S. Patroni p̃stiterint, videamus. Certè cũ Rex Wratislaus & filius Breuslaus an. 109c. graui bello inter se cõtẽderẽt, S. Wenceslaus & Albertus apparuerunt multis in custodiã regiã cõiectis, quorũ soluerẽt vincula, truncũq; quercinũ durissimũ in duas partes cõfregerunt dicentes. Ite in nostrã Metrop. Ecclesiã, p hac vestri liberatione, gratias Deo agite atq; indicate hæc omni populo, maximè vero Regi, adiũcta monitione, ne Deũ ad indignationẽ maiorẽ puocẽt, sed a bello & sanguinis effusione à modo abstineãt. Sic etiã an. 1057. Spiligneus Dux retulit Episcopo suo Seuero, in templo, se priori nocte habuisse somniũ terribile. Vidisse dicebat se S. Vitũ corã se stantẽ, benigne serioq; m onentẽ, ne in fratres & subditos suos iã crudeliter deseuiat, sed vitã homine Christiano dignã assumat, subditisq; suis faciat misericordiã & iustitiã, Quapropter Episcop⁹ Ducẽ ad ea p̃standa suæ ipsius salutis causa d ligẽter cohortatus est, atq; Dux ea omnia in salutarẽ deduxit effectũ, qui postea vir magni exẽpli extitit. Cosmas Decanus, postea Episcop⁹ Pragẽsis, cũ iuuenis ad altarę SS. Cosmæ & Damiani psalteriũ legeret apparuit illi vir quidã facẽ ardẽtẽ gestãs in manib. qui q̃siuit ab eo tubam S. Gaudentii fratris S. Adalberti. Cũq; ille Gaudentiũ nondũ in numerũ Sanctorũ relatũ diceret, subiunxit vir ille. Hoc mihi notũ est, cũ Cracouię integro triennio, in carcere detinerer subterraneo, ad quẽ fenestella duntaxat erat p q ia mihi panis & aqua, quãuis rarissime porrigebatur, vno dierũ vir quidã habitu albo visus est mihi, facie coruscante: quo territus & quasi è graui sõno solutus, sensi me extra ciui. atẽ positũ, & qui se in custodia mihi exhibuit dixit ad me. I nũc Pragã intrepidus, & cu veneris in Eccl. S. Viti, flecte genua corã altari SS. Cosmæ & Damiani, q̃ tũbę meę pximũ & age gratias Deo nostro qui te liberauit hoc carcere. Ego aũt sum Gaudẽtius S. Adalberti frater & sic euanuit. Pręterea cũ tota nobilitas cõtra Wẽceslaũ Regẽ insurgeret an. 1294. & vicinos principes ad extirpãdũ eũ sollicitaret, diuino iudicio factũ est, vt laqueos cõtereretur, & ille liberaretur. Nã Vngariæ Rex aduersarius vnius mẽsis spacio procerũ suorũ gladio periit, & Dux Wratislauiensis Henricus pariter veneno extinctus est, ille vero a Rudolpho bonis multis donatus & à principib. Rom. Imperii plurimũ honoratus, iuxta votũ quod Domino Deo & B. Marię virgini dudũ ex instinctu eiusdẽ patronę gloriosę vouerat, monasteriũ Augustũ aulę regię erexit, fũdauit, dotauit. Sic cũ Misnẽses sub Ioãne Rege, ppe Ziateciũ exercitu magno irruerent, terrorẽq; Bohęmis incuterent, q̃ hostes essẽt maiores Decuplo an. 1318. Wilhelmus a Waldete Dux exercitus Bohęmici iubet oẽs in genua procũbere, Deũq; p victoria cõtra hostes inuocare, quo facto & equis cũscẽsis, apparuit S. Wẽceslaus Panoplia aurea, equo albo p̃cedẽs, hastã vibrans quasi argenteã. Ideo resũpserũt animos, Duxq; p̃fatus pperare iussit incipiẽs cantũ S. Adalberto celebrẽ. Atq; cũ ab hora diei tertia vsq; ad vesperã pugnatũ fuisset, maxima pars hostiũ cecidit, Bohæmis nũ nisi 12. desideratis. Simile plane esse videtur, quod cu Ziska, multis ciuitatib. deuastatis obsideret Brũxiã, an. 1421. quę tã à Rege Bohęmię Friderico Duci Misnię cõmẽdata erat, pridie B. Marię Niuis adeoq; in ipsa nocte visionẽ habuerũt hostes, ac si p mõtes & syluas in Misnię exercit⁹ magnus psona p̃cedẽte fulgida albisq; induta qua visione territi sub ipsa nocte obscura in diuersas partes arripuerunt fugã, relictis castris omniq; cõmeatu: Et sic a Tyrãnide Ziskę beneficio Dei & intercessione gloriosę virginis matris, q̃ ciues oẽs deuote in ieiunio, oratione, & operib. bonis coluere, liberati fuerunt positiq; exuuiis insignibus, diẽ annuũ celebrem vouerũt. Cũ Sobieslaus Dux Bohæmiæ animaduerteret, Ottonem Morauiæ, Lotharii Ducis Saxonię auxilio, qui opes sperabat a Bohæmia ingẽtes, hostilẽ irruptionẽ moliri ppe Chlumetiũ an. 1126. Sobieslaus collecto exercitu Bohæmiæ, Deo se commendãs cõtra inimicos progressus est. Sub illo tẽpore in somnis vidit S. Adalbertũ astantẽ sibi p̃cipientẽq; vt vexillũ patris sui Slanniconis, quod in foramine quodam templi Wrbzianensis absconditum, in prælio explicarent: quod tandem hastæ S. Wenceslai affixũ in medio agmine à Sacellano Dobrowiz gestatum est & adhibitũ S. Adalberti canticum. Postea silentio facto audiuerunt in aere sonitum, quasi magnarum campanarum, vi-

deruntq; aquilam magnam è Bohæmorum phalange, clamore magno contra hostes volitantem. Atq; sub ipso congressu conspexerunt S. Wenceslaum in acie super se equo albo insidentem, vexillumq; gestantem vbi vnanimi voce ad eum clamarunt. Adesto nobis hoc die S. Wenceslae, Dux noster & martyr Dei. In hac confidentia Saxones, quasi plane eneruatos occiderunt, obtenta victoria gloriosa gratiisq; Deo peractis & Sobieslaus ruinosum templum S. Georgii in monte Gezip ex toto restaurari fecit, qui & ipse alias ab hostibus mirabiliter liberatus est. Huic concordat quod anno 1260. dum Bela rex Vngariæ præfastu nimio Primislaum euertere conatus, factum est. Dum enim Bela militis sui viribus & multitudini nimium confideret, fugatus est ille cum filio cæsis Vngaris, ingensq; thesaurus captus est, & cum hoc index digitus S. Ioannis præcursoris quem maximi æstimans Primislaus, Officenli donauit monasterio, vbi aunuatim in die S. Ioannis decollationis populo videndus & honorandus exhibetur. Neque me mouet ita victoriæ felicitas & diuitiarum partarum copia, quam quod ipse Primislaus Alexandro Pontifici scribit, sub ipso conflictus initio, supra vexilla sua conspectam auem Aquilæ similem, niuei plane coloris, capite colloq; aureo, quæ vexillum S. Wenceslai semper secuta semperq; visa fieri maior, adeo quod militiam suam totam corpore alisq; potuisset contegere. Quodq; maius est, eques quidam insignis & deuotus fideq; dignus Ioannes filius Woislai domi decumbens grauiter hora diei tertia quasi in extasi positus, vt ignoraretur à circumstantibus, viuusne an mortuus esset. Cumq; appetire cepisset oculos, retulit se in illa pugna constitutum, animaduertisse militem Bohæmicum male dispositum, atque tum temporis sanctos Martyres militiæ illi processisse obuiam. Porro S. Wenceslaum lorica munitum & galea, læuo latere gladium vagina aurea & margaritis circumdatũ, dextra vexillum tenentem, proxime secutum S. Adalbertum habitu Episcopali, postea S. Procopium cum baculo pastorali, vltimo sanctos quinq; fratres pro more ordinis vestitos, sanctumq; Wenceslaum respectantem dixisse sequentibus. Exercitus noster debilis est, ideoq; adiutorio diuino illis subueniemus! atq; his dictis vexillum contra hostes erexisse, quos simul omnes in fugam conuerterunt. Adde quod anno 1179. posteaquam Fridericus Imperator Ducem Bohæmiæ certis de causis exauthorasset, & Fridericum patruelem surrogasset, Sobieslaus, Friderico apud Imperatorem agente, Pragam modis omnibus sibi subiugandam tentauit, ipsiq; Friderico redeunti struxit insidias, eiusq; oppressit copias, vt vix solus elaboretur. At collecta denuo manu armata, Sobieslaum in loco Pragæ vicino dicto Bogitschi castra metantem aggressus, eumq; in fugam coniectum, vsque ad templum S. Wenceslai in Proslik insecutus, vbi caput ense suo sauciauit sed & interfecisset, nisi sibi equi pernicitate salutem quæsiuisset. Quod itidem memoratu dignum, Elizabetha eiusdẽ Friderici coniux, paulo ante voto sese obligauerat, si Deus maritũ suum victorem fecerit, se in honorem Dei omnipotentis & S. Ioannis Euangelistæ templum instauraturam: quod & ipsa grata promissiq; memor præstitit, magnis redditibus Ecclesiam illam, quam ordini Melitensi obtulit, locupletauit. Iaromirus Boleslai Cæci filius in Ducem electus, cum esset iuuenis, die quadam à Wrssowcis Bohemis nobilibus ad venationem seductus, (subornatis insidiis vt eum occiderent & ipsi rerum potirentur) anno millesimo tertio, ignarus malorum, duos venatores tantum Houoram & Hrziwez secum assumpsit. Interea vxor in somnis vidit astare sibi S. Ioannem dicentemq;. Surge velocius, mitte Pragam & præcipe, vt quinquaginta viri Ducem vsque in Heskow sequantur, exindeillis ad Ducem aperietur via. Hoc enim die insidiæ multæ & periculosæ parantur. Fit quod monetur. At Wirssowcian Ducẽ nudatum ad palum manibus pedibusq; in sylua ligarunt, vt dorso terram contingeret: super illum saltabant in equis. Dux clamabat ad Deum & S. Ioannem Baptistam. Illi vero ridebant dicentes. Neque Deus neque S. Ioannes te manibus nostris eripiet. Houora videns quę fierent & Ducem quercui alligarum, ad quem tanquã ad limam spicula sua collimabant, neq; tamen nocere poterant, quia Dux videbat S. Ioannem pallio suo tela omnia excipientem, Pragenses missos euocat atque cornu illos dirigit qui captus ne scelus proderet, & adiudicatus suspendio, sed cornu suo, quod ter sibi ante mortem petenti inflare concessum se saluauit & Pragenses aduocauit: Hi demum authores sceleris, postea plexos capite, obruerunt, Ducem liberarunt eumque cum gaudio Pragam reduxerant. Ob perpetuam igitur gratamque memoriam iussit Dux ipse quercum erui & illius loco altare extrui atque in honorem Dei & S. Ioannis Baptistæ monasterium construi, quod ipse postea locupletatum, ordini S. Benedicti obtulit.

lit. Honora autem seruum fidelissimum magnis auxit honoribus, à quo illustræ genus Berkarum originem deriuat suam. Pari modo Bretislaus Dux, cum à quodam ex Wessowcis rediens è venatione anno 1100. lethaliter esset vulneratus, antequã morti fieret proximus, pecuniam quæ sibi è Polonia fuerat allata, Hermanno Episcopo tradidit, vt in Ecclesiarum vsum & pauperum qui pro illo orarent, impenderet. Hæc cura Ecclesiarum etiam Capitulo venerabili Pragensi insedit anno 1343. vt Ecclesiam S. Viti exustam restaurarent & rudera sumptibus suis in primis deportari curarunt, vbi inuenerunt sanctorum Wenceslai Adalberti aliorumque corpora incorrupta, omni populo gratulante, velut & corpus S. Ludmillæ anno 1142. in combusto S. Georgii monasterio, quod virgines sacræ denuo ædificarant: partem autem pepli eiusdem patronę & martyris anno 1100. Wladislaus Dux anno 1143. recogitans, quomodo Ducatus Bohæmiæ, Deo sic disponente sibi fuerit tam ademptus; quam redditus, deliberauit cum Henrico Episcopo Olomucense. quomodo gratitudinem perpetuam, Domino Deo posset declarare, & respondit Episcopus. Cum fuisset Ierosolymis se nunquam vidisse illi ciuitatem similem, præter Pragam, quod secundum Psal. 124. montes in circuitu eius & Dominus in circuitu populi sui: vtq; & Dominus sit in circuitu Pragæ, iussit monasterium Strahouiense ad instar montis Sionis Ierosolymitani extrui. Vxor vero illius, Gertrudis nomine cum intelligeret maritum suum impensas tantas facere pro animæ suæ salute & ipsa, viro consentiente monasterium Doxanense ordinis etiam præmonstratensis liberaliter erexit. Sed & Daniel Episcopus Pragensis anno 1149. ad oppidum Malin prope Cuttenas visionem habuit in somnis mirabilem dum in via fessus, quietis capessendæ gratia in gramen reposuit, qua sibi demandatum fuit per auem incognitam in os volantem, obseruantibus hoc famulis, vt in honorem Dei eo in loco claustrum nobile ædificaret & in illud Cisterciensis ordinis fratres introduceret, quod & statim executus est. Auctis enim templis & monasteriis, aucta est religio, pietas, & omne bonum sumpsit incrementum. S. Procopius anno 1213. Salislauiam & Dobromiliam coniuges locupletes monuit in somnis, vt domum suam, quæ prima à Primislao & Libussa, cum Pragæ fundamenta iacere inciperent, condita & ab illius limine Praga nomen accepit Domino Deo & sibi dedicarent. Per hoc enim illos & Bohæmiam totam consecuturam gratiam: quam erectam Daniel Episcopus præsente Rege primatibusque suis consecrauit. Vlricus à Waldek anno 1262 mane quodam à conclaui suo vento placidissimo in vallem nemorosam eademque profundam deportatus est, cui duo viri, qui eidem prius in cubiculo suo apparuerunt, virginem speciosissimam demonstrarunt dicentes. Hæc est mater Domini tui Iesu Christi, quam sæpenumero innocas, vt filium suum pro te deprecetur, quo audito Waldek in genua procidit, cui S. Dei genitrix. O Vlrice hæc est voluntas filii mei vt in hoc loco, tuo meoq; nomini & honori monasterium fundes, pro qua re a filio meo Domino tuo cui libenter famularis, amplissimam mercedem promereberis. Post hæc omnes disparuerunt. At ille notans locum, altero die post Annunciationis beatissimæ Mariæ virginis festum, iacto lapide primario, monasterium Eremitis ordinis S. Augustini in insula construxit. Commendatur præcipue annus 1145. quo & deuotio & cultus diuinus, tam diurnus, quam nocturnus simul & argentum & aurum creuerit, vt cum primum Regnum Dei quæsierint, reliqua subiiciantur. Quidam altarista supradictæ Ducissæ Gertrudis, post eleemosynam in missa sacra, à gloriosa virgine matre Maria monitus, vt diceret Wladislao coniugique suæ, quo in loco Gilouiæ, ad occasum aurifodina esset ditissima; vt eo fides & charitas inter homines fuerit maxima. Commendatur & annus 1378. vbi Gilouia aurum; Cuttenenses montes argentum dederint, ibique non domos sed Ecclesias & monasteria tam in ciuitatibus, quam in pagis, sumptibus erexerunt maximis, pietatem magnam inter sealentes virosque sanctos quamplurimos noctu diuque pro se intercedentes habuerunt. Quia vero aurum & argentum non in datoris honorem & gratiarum actionem conuertitur, sed nescio in quos vsus collocetur, merito ingratis & indignis bonitas diuina dona sua negat aut subtrahit. Fuit & magna Religio Bohæmiæ anno 1369. quo populus multus confluxit ad reliquias sacras colendas, vt à Zderasd monasterio atque ad templum venerabilis corporis Christi Pragæ nouæ in quo & Reliquiæ ostentabantur, omnis locus impletus fuerit, vt dicerentur simul fuisse centum millia & anno sequenti 1388. iterum centena millia, qui sanctum Wenceslaum Sigismundum Vitumque colentes, Eleemosynas distribuerunt magnas. Et

religionis ergo addo, quod combusto templo S. Andreæ veteris Pragæ anno 1336. venerabile Sacramentum in Pixide inuentum, sicut & prope pagum Dniowize, in quodam horto à spoliatoribus templi eo portatum, coram quo fæmina nouem annos morbo confecta & vir quidam eneruis supplicans sanitatem recepit. Et aliud miraculum in honorem augustissimi Sacramenti Eucharistiæ valde illustre. Latro quidam insignis anno 1512. in albo monte hic prope Pragam, propter scelera sua palo transfixus, mori non potuit, nisi communicaretur, ideo fracto pali medio, vtut potuit, vsq; ad templum S. Benedicti peruenit repens humi, ibique postea sua confessus, Synaxin sacram accepit. Dixit autem postea se in honorem S. Barbaræ semper ieiunasse statis diebus & præcatiunculam quandam specialem quotidie recitasse, atque sic ante mortem communionis gratiam obtinuisse. Et sicut sancti & amici Dei patronique nostri, pro honore Dei pro salute nostra libenter fecerunt omnia, ita & conatus malos contra Deum, Religionem, & Ecclesiam impedire & auertere non desierunt. Vnum & notabile quidem exemplum hic pro declaratione & exemplo sufficiet. Anno 1187. (& habet Chronica Bohæmica fol. 208. Fridericus Dux Bohæmiæ, aulico suo nomine Habrowez merita & seruitia sua antiqua alleganti petentique recompensationem pagum Swtcowize ad Ecclesiasticam colleg^am Wissegradensem, de iure spectantē pro summa certa pecuniæ atque ad tempus certum concessit ad vsumfructum, quantumuis inuitus, ne fortassis S. Petrum aut antecessorem suum Wratislaum offenderet, quem timorem ardelio idem Habrowez excussit: dicens, nec Petrum, nec Wratislaum pago illo egere amplius, sibi vero nunc esse commodum & per necessarium. Quadam nocte S. Petrus eidem Duci apparuit dixit. Qua audacia pagum Ecclesiæ meæ, homini illi nauci concessisti? Dux die subsequenti prandens somnii vel visionis suæ fecit mentionem vniuscuique mentem desuper explorans. Cum autem viderent aliqui, aliqui rem serio agi dicerent, maxime cum ex relatu principis, audirent S. Petrum descibi fuisse senem, facie honesta, canum, caluum & pallio cinctum rubeo. Christophorus Sacellanus suus cepit loqui monens, ne visionem hāc exponeret ludibrio, quin magis pagum redderet. Cui Dux. Fortassis & tu vis fieri. S. Petri famulus. Ecce autem ea conditione, quod si fueris templi illius Decanus, exoluam pagum reddamque Ecclesiæ. Nocte insequenti S. Petrus personaliter ad lectum Ducis accessit, eum è somno excitauit atque increpauit his verbis, surge homo incorrigibilis. Cumque ille se erexisset, S. Petrus dorsum illius durissime flagellauit & post vibices multas & vulnera monuit, vt pagum redderet. Illucescente die aulicis suis omnibus rem gestam & vulnera aperuit, quibus in stuporem conuersis & cur non clamasset obiicientibus respondit, se nec mutire potuisse tum temporis, minus quemquā in auxilium euocare. Qua de causa, illa hora statim curauit accersiri illum Habrowez, cui summā debitam numerari fecit & decreuit, vt Ecclesiæ pagus ex integro restituatur. Denuo & Capitulo Wissegradensi quibus etiam omnia ista sigillatim declarauit orans pro se Deum rogarent, huius rei memoriam haberent sempiternam, atque illius ergo Capitulo, historiam quomodo flagellis cædatur pro sigillo perpetuis futuris temporibus concessit, quod adhuc hodie habetur. Quod si nunc rediret S. Petrus virgæ & flagella in Bohæmia non sufficerent ad flagellandum omnes eos, qui Ecclesiastica bona inuadunt inique & possident, ideo expectat donec eus iudicabit Dominus. Quanta insuper SS. Patronorum suffragia valeāt auxilia item & merita, certissimum est, quod necessitas nulla fuerit tanta Bohæmiæ, in qua a Deo sanctorum patrociniis non fuisset exaudita. Si grassabatur pestis, vt anno 1369. per Archiepiscopi ordinatam processionem, ieiunia, sanctorum inuocationem cessauit: Et anno 1085. Iaromirus Episcopus propter tempestatem sæuientem in vigilia sanctorum omnium ieiunium, dieque altero conuentionem omnis populi indixit, ad preces offerendas Deo quæ tandem die octauo sublata est. Si fuit ariditas, præter id quod S. Adalbertus ex Episcopatu suo indigne repulsus & cum gloria Romā reductus diutissime negatam pluuiam, data in monte viridi super Bohæmiam benedictione obtinuit, etiam Deodatus Episcopus anno 1014. omnem clerum ad templum S. Viti conuocauit, vbi à 18. Iulii vsque ad 28. Augusti psalterium noctu diuque iussi sunt canere & ipso die S. Augustini Deus pluuiam largam emittere dignatus est. Si fames (quæ omnia propter peccata populi eueniunt) magnam rerum abundantiam reddidit, vt de anno 890. supra dictum est, & anno 1027. quo (Vngarus tamen) pane pretii Ducati vnius exaturare se nequiuit sic. de annis 1084. & 1172. & reliquis & maxime 1453. Si infirmitas. Ecce vxor Caroli IV. Elisabetha, videns maritum in ar-

ce Carlstein ægritudine magna torqueri peregrinata est Pragam anno 1371. magnamque vim auri, vt caput S. Sigismundi ornaretur, cum precibus obtulit, & rediens Cæsarem sanum inuenit. Anno 1157. suffragante S. Ioanne Euangelista & S. Gothardo fœmina quædam diu decumbens grauissime mirabiliter sanata est. Et virgo quædam Zittauiensis cælitus monita ad tumbam S. Wenceslai anno 1351. oculos recepit. Vtque Dei cultus, sanctorum venerario, populi pietas & gratitudo tam conseruaretur, quam indies magis promoueretur, Carolus quartus in regem Bohæmiæ pridie natiuitatis beatissimæ Mariæ virginis anno 1347. Pragæ coronatus, altero die primarium lapidem posuit templi Mariæ Niuis Pragæ nouæ, exemit Archiepiscopatū Pragensem è Moguntina Iurisdictione authoritate Clementis sexti Pontificis maximi, Wissegradum cinxit mænibus & magna concessit priuilegia; anno 1355. arcem Carlsteinensem erexit, cænobium sancti Ieronymi ordinis S. Benedictis sclauonicis fratribus erexit, Vniuersitatem ad instar Parisiorum fundauit, Bohæmiam amplificauit, Reliquias prætiosissimas easque raras, quas vndique conquisiuit diu, Palmarum die anno 1349. accepit; ideoque ad petitionem suam Clemens Pontifex VI. pro deuotione & cultu reliquiarum maiori, feriam sextam post Quasimodogeniti solemnem cum indulgentiis certis concessit & ipse rex propter concursum populi secundas nundinas adiunxit. Cum inter Ludouicum regem Vngariæ anno 1349. & Carolum nostrum controuersia esset multifaria suborta, Carolus licet potentissimus, pacis tamen amans, misit qui vtrumq; reconciliaret. Ludouicus contentus & non ignarus amoris & honoris, quo Carolus noster S. Reliquias prosequeretur, cum aliis donis ingentibus, mappam Cænæ vltimæ Saluatoris nostri, quæ in Ecclesia Metropolitana annuatim die ipso ostenditur, largitus est, millia item aliquot annis singulis pro ædificiis in honorem Dei & Reip. commodum exposuit & propter miracula S. Wenceslai mænia veteris Boleslauiæ restituit, in eoq; loco, vbi martyr factus est, Missam fundauit quotidianam. Anno 1351 Carmelitis Tachouiæ claustrum condidit & Pragæ monasterium Carolinum. Sed & memoria dignum perpetua. Cum Carolus anno 1375. Mediolani rex Romanorum esset coronatus, ille iam Roma Pisam transiens, à Pisanis odio iniustissimo vna cum suis omnibus occisus fuisset, nisi Bohæmi sui fideles strenue occidissent proditores; sub quo conflictu vidit Cæsar beatam Catharinam gladium ferentem & instar muri prope se consistentem; qua de causa monasterium S. Catharinæ in noua Praga, rediens, lapide primo posito construxit & donauit; proque memoria æterna & gratitudine, quod a Deo in tantum exaltatus fuerat insignem fundationē pro Ecclesia Carlsteinensi vbi corona regia asseruatur & Capitulo instituit, vti latius anno 13?7.& seq. videri poterit in Chronicis, in pontē Pragensem lapidem primū & impensas contulit, tumbam S. Wenceslai ipsemet argento multo, & ex concessione sua etiam primates Regni honorarunt. Vidit hic monasterii Opatowize quondam ditissimi thesaurum incomparabilem, & ipse solus, facie velata per anfractus vsque ad locum illum subterraneum a duobus monachis iuratis deductus, quem thesaurum ad quadragesies centena millia æstimauit, vnde & annulum prætiosum ab iisdem dono accepit, quem in sepulchrum secum tulisse refert historia, sed postea non inuentus, cum tumba noua Regum & Cæsarum conderetur. Et cum ingenia humana non quiescunt, sed auidissime Naturæ arcana & terræ viscera penetrare studeant, mirum est, quod thesaurus tantus inueniendus nullis mentem moueat, qui dubio procul multa etiam Naturæ secreta commuebit, cum inuia multa hominum studio fiant peruia. Idem fœlicissimus pariter & augustissimus Carolus anno 13?9. Mansionarios in Ecclesia Metropolitana qui Psalterium diu noctuque cantarent, instituit, in vigilia Annunciationis Beatissimæ Mariæ virginis monasterium sub Wissegrado ad flumen Boticii, fratribus beatissimę Mariæ virginis auctis redditibus magnis extruxit, mænia à Petrziu vsque ad monasterii Strahouiense & circa Ratschanum per homines qui labores, ne fame morerentur, quærebant, erigi curauit, quique diuitiis adeo abundauit, vt coram Legatis Imperii & principibus aduenientibus anno 1370. gloriaretur, utrimque arcis Pragensis auro contegeret. Sic filius suus Wenceslaus Rex in templis & monasteriis locuplerandis liberalis fuit, & Deus in aurifodina Gilouiensi anno 1363. diuitias reddidit innumerabiles. Vtique quod non capit Christus, capit fiscus & miles barbarus. Sic enim nos Deus visitat sicut eum colimus. Quemadmodum autem maiestas diuina erga timentes se benefica est & misericors, ita in eos, qui bonitatem diuinam, Religionem, res sacras, personas Ecclesiasticas, templa

& id genus alia deuastant, diruunt, prophanant, grauissime animaduertit. Orauit Boleslaus pius anno 976. Dominum Deum & S. Wenceslaum in templo S. Viti pro pluuia, vt videntes Neochristiani in fide confirmarentur, & per visionem didicit, ariditatem tamdiu futuram, donec Bohæmi ipsi ab excommunicatione, quam S. Adalbertus illis apud Pontificem Benedictum huius nominis septimum, propter duritiam eorum procurauerat, absoluerentur, idemq; Episcopus ex vrbe reduceretur, quod vt factum est & Episcopus in montem viridem venit benedicens pluuia larga & fęcunda decidit. S. Adalbertus anno 978. à visitatione tumuli S. Wenceslai reuertens, cum prope pagũ Neratowize portitoribus, non esset soluendo naulum & promitteret verbi Dei prædicationem cum benedictione deiectus fuit in terram, & calcei detracti. Apud quos eiusdem imprecatio durat in diem hodiernum, vt numquam panis sufficientiam habeant, ideo frumentum in horreis mirabiliter amittitur. Idem S. Episcopus cum fratribus suis Roma rediens anno 981. in tractu Domaslicense prope pagum Milawez in gramine somnum capiebat, quem pastor dormientem obseruans, cornu fortiter inflato ad aures vehementer exterruit. Obsurduit tum pastor ocyus imprecante S. Adalberto & multi alii postea maledictionis euentum non considerantes, donec lege communi cautum fuit, ne quis pastorum cornu, sed lori agitatione signum daret. S. Methudius, cum esset apud Swatibogium Suatopluci regis Morauiæ filium, populum in lege Domini instruens anno 904. die S. Petri & Pauli requisitus, ne missam inciperet, priusquam ille à venatione reuerteretur, meridiem expectare Canonibus sacris prohibitus, regisque aduentu non audito, missam incipit, & iam circa eleuationem versatur, cum rex furente equo, tubis clangẽtibus, latrantibus canibus in templũ irruit, & quasi se negligi arguens cum Episcopum non posset confodere gladio, ab aulicis quippe impeditus, iussit vt Episcopus conspectũ suum effugeret. Qui ad Borliuoium in Bohæmiam secedit, vbi fidem Christianam mirifice propagat & post aliquod temporis spatium benedictionem tam Duci impertit, quam populo, rogans Dominum Deum, vt regnum à Suatibogio in Ducatum Bohæmiæ transplantetur: cuius causa etiam Romam iuit & omnes necessitates Pontifici aperuit. Pontifex Regem citatum & contumaciter non comparentem ferit anathemate, atque ne Ecclesiastici coram illo celebrent, interdicit. Hinc sacerdotes & studiosi in Bohæmiam se contulerunt, Morauia literis, politia, cultu diuino plane destituta. Exteræ nationes intelligentes benedictionem Domini à Rege alienam, manu armata depopulantur Morauiam. Tum demum Rex indignationem diuinam sentiens consiliique nescius, ad Eremitas in solitudinem suscepit, & non nisi ad mortem seipsum reuelauit. Ioannes Zmirzizki anno 1453. quia Ladislao regi scripserat, ne sine milite in Bohæmiam rex veniret, nisi duo haberet capita, condemnatus est capitis à Podiebradio & Bohæmis; quamuis causa putetur verior, quod alias vir bonus & sapiens sibi infortunium hoc ex deploratis orphanorum & Archiepiscopi bonis post Archiepiscopum Conradum vltimum in potestatem suam redactis, conciliarit. Et Zdenko Kostka anno 1463. monetarũ magister iubens feriis S. Laurentii monetam cudere Deo & sanctis maledicens, tactus fulmine sexto die moritur infaustissimus. Taboritis autem anno 1443. ostensas reliquias sanctas mire deridentibus, ventus inopinatus domos diruit, populumque multum oppressit: damnum ad triginta millia æstimatum. Ioannes rex anno 1336. propter crudelitatem regionibus finitimis exosus, cum non haberet vnde militem aleret, exactiones & vectigalia mirabilia adinuenit, quę cũ non sufficerent stimulante milite, circa tumbas SS. Wenceslai & Adalberti & in sacristia Metropolitana fodi iussit, nihilque reperiens excanduit, Apostolosque duodecim argenteos staturæ hominis vnius (quos filius suus Carolus ex eleemosyna & fundatione Ecclesię fieri fecerat) sustulit. Henricus ab Altdorff, quia sacrilegium hoc consuluit, reprehensus fuit à seruo suo & vltimo iugulatus. Rex vero ipso die excæcatus ad mortem vsque oculorum beneficio caruit. Pridie S. Wenceslai anno 1338. alter mechanicorum dicebat. Cras festum est S. Wenceslai patroni nostri, ideo quiescemus à labore & in templo, vbi corpus suum colitur Dominum inuocabimus; alter vero dixit: Certe non noui istũ flocci Wenceslaum, nec quis fuerit, nec illum, nec festum illius colam. Qui statim obmutuit & non nisi posito capite sacro S. Wenceslai super caput suum sanari potuit. Vrbanus Pontifex cum ad Carolum Cęsarem anno 1368. mitteret, vt hostes capitales plerosque in Lombardia extingueret, ad expeditionem Bohæmos suos assumpsit, quibus prohibuit, ne vlli hominum iniuriam inferrent. Petrus autem a Michalowiz, Ecclesiasticis viduis & orphanis,

nis, vbi & quantum potuit, damnum intulit, quorum clamor cælos penetrauit. Vnde cum vxor sua ex arce Michalowiz, huius mali nondum conscia, Pragam ad tumbam S. Wenceslai pro mariti sui salute peregrinatum veniret, nullo modo potuit ferrea illa porta etiam vltimo in Capituli præsentia aperiri, ita vt confusa recederet, qua recedente statim more solito fuit reserata, & inuentum est, quod illo die maritus suus in Italia diem supremum obierit, & hæc facinora patrauerit. Veteris Pragæ senatores anno 1361. deuotum Presbyterum Martinum Pragensem Metropolitanum Ecclesię sacellanum, allegantes, quod eis eorumque iuribus derogasset (cū patrimonium suum exigeret) per carnificem de ponte fecerunt præcipitari: postea delicti magnitudinem & Cæsaris iustitiam considerantes, præoccupauerunt apud summum Pontificem qui Archiepiscopo facultatem dedit Ernesto absoluendi eos, præuia tamen pœna. Iussi igitur emerunt in Morauia septem millia strichonum siliginis, pauperibus distribuerunt, multosque inedia magna laborantes tum temporis subleuarunt. Sed Taboritæ postquam se a pupillis Ziskæ separassent in ciuitate sua Nimburgo anno 1425. Parrochum Georgium Rohowald, quia confessionē cōmunionē, & extremā vnctionē populo intrepide cōmendabat, vna cum Sacellano suo Clemente in vas pice oblitum coniectos, substrato stramine combusserunt: post quorū martyrium lux noctu lucens, angelorum cantus, infirmis reddita sanitas & alia multa ab incolis & Thaboritis obseruata fuerunt. Sicut autem S. Adalbertus populi huius fugit audaciam, malitiam & duritiam, ita Petrus Archiepiscopus Moguntinus tum temporis Vicerex intelligens se nec bonis nec durioribus verbis, posse proficere, per Legatos Iohanni regi officium renuncians ipse e Bohæmia secessit anno 1369. Cumque iam esset in finibus respexit Bohæmiam & dixit. Dominus Deus dignetur hanc fæcundam terrā, frumento, auro, argento, & metallis diuitem benedicere, populo autem malo indurato & irreparabili benedictionis loco maledictionem reddere. Non vanum itaque cur diaboli duo fuerint concionati anno 1176. & impune peccare licere & eos qui sicut Adam & Eua nudi tamen incedebant & libidinem exercebant, bene facere, quos tandem ex disputatione vir bonus Parrochus in Wesele cognouit diabolos esse & coniurauit ne amplius tentarent homines. Eo tempore & Pikardi & hæretici alii surrexerunt. Et diaboli vna nocte anno 1201. Zatecium ciuitatem regiam obsederunt. Ab anno vero 1275. quo Ottagarus Rex Bohæmiæ noluit Rudolpho Cæsari præstare obedientiam, luporum multitudo homines deuorauit, multa terra amissa, Rex occisus, monachi mactati, monasteria diruta, Ecclesiastica bona direpta, regnum deuastatum, tremor inuasit Bohæmos, Brandenburgensis elector hæredem Wenceslaum iuuenem non dimittit. Bohæmiæ thesauri insignes Ecclesiæ metropolitanæ & temporales ablati, angustiæ hominū multiplicatæ, præ fame homo hominem deuorauit, latrocinia facta nefaria, pestis vehementer grassata, effrenis tumultus in populo, ferrea ætas ferreis hominibus, atque vsque ad annum 1224. calamitates multæ subortæ, donec hetus legitimus Wenceslaus restitutus. Hic finis fuit miseriarum quod prænunciarunt primo Iris pulcherrima in ipsa hyeme dieque S. Stephani a minore in veterem & nouam ciuitatem protendens & postea quinto Aprilis stella lucidissima super vnum cornu lunæ promicans; hoc de Wenceslai reditu: illud de fine motuum & miseriarum sunt interpretati & quidem fœliciter. Nihil dico de annis sequentibus, quibus & Religio & cultus diuinus defecit, vt & quadraginta millia studiosorum ex Carolina illa vniuersitate quondam celeberrima cum magno ciuium & regni totius dispendio discedere commoti fuerint. Et venti circa diem S. Catharinæ per Bohæmiam vniuersam anno 1412. in arcibus & oppidis tantum debachati sunt, vt tecta deiicerent, ædificia destruerent, homines suffocarent, ligna in syluis eradicarent, plane venti malorum multorum prænuntii. Hic Ziska cepit populum anno 1406. contra Wenceslaum regem concitare, vt & monasterium Carthusiense à Ioanne Cæco splendide erectum spoliarent & incenderent, vndecim viros religiosos probos & senes sertis coronarent spineis, illusos in ciuitatis antiquæ custodiam deducerent, saltante coram illis quodam laico Matsik nomine, induto habitu sacerdotali, calicem manu gerente, qui nocte plexus est capite, inuito licet magno sceleris huius authore Ioanne Barbato Pragæ veteris consule. Carthusianorum autem vnus post preces suas singulis noctibus (licet optime custoditi) euanuit, vsque octo tantum reperirentur, qui postea agnito miraculo, saluo conductu in Morauiam dimissi. Sed statim vt Rex Wenceslaus apoplexia obiit, omnis populus templis omnibus vim intulit, omnia sustulit, destruxit, euertit & mala innumerabilia, Ta-

boritis accedentibus contra rem diuinam patrauit. Ziska vero monoculus apud arcē Rabii, altero oculo etiam priuatus anno 1424. iam moriturus, iussit ne sui parcerent Ecclesiis aut monasteriis, è pelle sua tympanum facerent, futurum terrori hostibus, carnem deuorandam bestiis obiicerent, factoque hoc testamento se digno & Taboritis quasi pupillis suis relictis die mercurii ante S. Galli peste sublatus est. Heu me, quãta differentia inter Caroli sancti & Ziskæ tempora. Et quamuis Sigismundus arguebatur à Bohæmis in comitiis Zisłaniensibus anno 1421. quod reliquias summo labore & expensis Carolinis pro singulari Bohæmiæ honore conquisitas, multaq; Clenodia, quæ prædecessores sui ære multo comparassent & ad honorem Dei omnipotentis & huius regni in Metropolitana Ecclesia in arce Carlsteinensi & in monasteriis locu thesauri conseruata fuissent, in magnum Regni detrimentum extra patriam dimisisset, tamen idem Rex Sigismundus omnia piacula, literis suis in eosdem returquet & Bohæmos nō fuisse in concilio damnatos. Reliquias sanctas custoditas in Carlstein, ne diriperentur neue essent despectui, ipsosque primos fuisse, qui patriam, propriam igne & ferro depopulati & in Ecclesia S. Viti & Wenceslai in arce Pragensi, quę caput est, & in qua sancti patroni, Carolus Cæsar, reges & principes conquiescunt, imagines lapideas contriuerint, argenteas sustulerint, ligneas combusserint, vltra 14. Ecclesias pręter Wissegradum deuastarint, adeoque ipsos esse, qui regno huic notam turpissimam inusserint. Nam & eo miseriæ & contemptus venerunt, vt monachus quidam Ioannes nomine è monasterio Mariæ eius sigillum illis eripuerit, veterem ciuitati nouæ coniunxerit, atque pro libitu suo Senatum & Capitaneum constituerit, sub quo Pikarditæ nimium creuerunt anno 1422. qui tandem cum suis decem complicibus propter audaciam suam temerariam decollatus est. Cumque anno 1446. Pontifex per Cardinalem Paulum cum Bohæmis ageret Pontificem eos vna cum Sacramentorum vsu iuxta compactata benigne recepturum, & pro honore regni facturum omnia, Iuannes a Rokizan Archiepiscoparum ambiens, primo quidem disputare voluit, sed confessus à Legato tacere debuit, quod non esset missus disputandi sed populum conuertendi causa. Sed & Capistrano concionatori summo ex Italia misso idem Rokizanus disputationem obtulit qui respondit, non se missum ad disputandum, sed vt doceret, & homines in fide confirmaret. Quia hominum insipientum & petulcorum essent, velle reformare aut reuocare in dubium fidem Catholicam, quam Ecclesia confirmauit vniuersa. Qui Rokizanus nec voluit Ladislaum regem, nisi ipse fieret Archiepiscopus & Georgium regem ab obedientia sancta, quam Calixto Papæ sanctè iurauit, tam à fidei Catholicæ propagatione abstraxit, quam ad mala omnia ab anno 1458. vsque ad annū 1470. induxit adeo vt ipse rex tandem indoluerit vehementer, tantum interim effusum sanguinis, caritatem annonæ creuisse, monasteria multa destructa ciuitates expilatas, minatusque sit mortem Rokizano, nisi ipse prius obiisset. Et sic in penis conuersa sunt omnia, donec agnoscentes delicta sua miserunt Budam ad regem, atque petentes, vt monachi reducerentur, promittentes pro se & successoribus suis amorem & reuerentiam erga eos tanquam patres suos, quicquid ante factum fuerit. Sed posteriora fuere peiora prioribus. Certe Zechius gentilis ipse & Religionis Christianæ ignarus plane terram hanc summe commendauit, ex monte qui Zrip dicitur planitiem & fœcunditatem prospiciens. Et Comites eius acclamarunt. Salue terra benedicta millies à diis nobis promissa; temporibus prioribus fuisti destituta hominibus, iam nunc nobis es reddita: conserua nos incolumes & multiplica nos à generatione in generationem in æternum. Fuerunt etiam incolæ illi primi, simplices, ritu suo deuoti, Eremitarum aut monachorum more incientes & ex venatione duntaxat, sine lite, sine indice, amica omnia, aperta omnia, communia omnia, vt sæculis futuris pietatis & charitatis, vestigia reliquerint, ea quæ merito confundat Christianos.

LIBER

LIBER II.

DE DVCIBVS ET REGIBVS BOHÆMIÆ.



VONIAM *dicit Deus. Per me Reges regnant, videamus quam pios Duces & Reges constituerit: qui cum gentiles fuerint, tamen igniculum pietatis quendam ostenderunt in regimine suo, & ad fidem Catholicam desiderium. Qui vero in fide Catholica, quem Zelum in potentia & vi sceptorum suorum erga Deum, Religionem, templa & omnem pietatem commonstrarunt.*

DE DVCIBVS REGIBVSQVE BOHÆMIÆ.

CZechius Croatinus, vt primum Bohemiam terram incultam ingressus, cepit cum suis vitam quasi Eremiticam agere ac ex communi viuere, vt esset idem cor & animus, vt omnes in futurum starent pro vno eius imperio, sine controuersia fuit obtemperatum.

Crocus vir iustus & magnæ apud Bohæmos tunc temporis opinionis & authoritatis, princeps delectus est, & vti pater à suis cultus, qui etiam pro vtilitate & quiete regnauit, in domitumque populum magis beneuolentia quam imperio in officio suo cõtinuit: qui post se filias tres reliquit, Brelam, Kassam, & Libussam diuinarum humanarumque rerum cognitione admirabilem.

Libussa, vti in principio operis dictum est, Sybillis comparata, multa præclara & dixit & fecit, quæ applausu populi rexit annis plurimis, æquitatis limites nullo modo transiliens: quæ postea in importunorum maleque informatorum hominum, virum sibi in principem dari instanter petentium, vota condescendens, coram populi multitudine, iussit, vt albicantem equum sternant, in campos late patentes diductum, sine freno dimittant, eumque quocunque ierit, comitentur. Fore, vt equus aliquandiu currens, tandem ante virum subsistet, in mensa ferrea (vomere) comedentem, & erit maritus ille suus, Bohæmorum princeps. Quod ita factum & equus ad flumen Bieli, ante aratorem Primislaum nomine blandiens & adulans constitit: ex quo proceres populares que salutarunt principem suum & vt bobus solutis, & equo conscenso vna cum illis proficisceretur, rogarunt. Primislaus, quamuis barbarus, nuncios benigne excepit & postulata facturum respondit; stimulum vna, quo boues regebantur terræ defixit, qui mox fronduit & tres Coryli ramos emisit: ex quibus duo statim exaruerunt, tertius in arborem eiusdem generis proceram excreuit. Interrogatus in via, quid stimulus frondens & rami duo aridi sibi velint, respondit. Multos ex prosapia sua regimen incepturos, vnum autem in dominio perduraturum. Quod si licuisset adhuc, reliquum quod est agri perarare, non impeditus illorum festinatione veniendo à Libussa, frumentum pro necessitate hominum nullo vnquam tempore defuturum: secus autem modo, quod fames sæpe sit incolas infestatura. In mensa ferrea cibum sumpsit, quod illos in virga ferrea rectura sit progenies sua. Vimineos calceos manu sua consutos secum ad aulam Libussæ auexit vt in tempora futura asseruarentur, spectaculoque essent, iis, qui nascerentur ex illo, quibus calceis fuisset vsus primus Dux Bohæmiæ, & ex quam humili in tam sublimen locum esset euectus. Ab his duobus iura Bohæmica primo sunt congesta, quorum pleraque adhuc retinentur & Praga capta erigi. Valesca & Amazonū aliarum in viros armis & dolo acquisitum Imperium septennium sub eodem Primislao & Slarcæ insidias, quia ad rem nostram nihil faciant, libenter prætterimus: eorum tamen memoriam facimus vt Ducum fiat continuatio.

Nesamislaus vel Nesamislius Primislai & Libussæ filius, sub quo sal inuentum & ciuitas Slana fundata, terra syluis excisis dilatata, tabulæ Regni institutæ, Praga amplificata, thermæ Teplicenses inuentæ, diuitiæ auri & argenti & ferrum in copia.

Mnatha filius venationi deditus, breui vitam lue pestilenti finiuit.

Vogenus filiiq; sui Vneslaus & Wratislaus, vti gentiles, successores quidem in regimine. Sed ad hanc rem nostram nihil afferunt, vt & Creuomislius.

Neclam ex Vinslao nepote Primislai, ſub quo ingreſſus S.Inan Bohæmiæ deſerta. Cui vnum hoc datur pietati quod Duringum quendam, qui Wratislai deuicti principis patruelis filiolum educandum concrediderat & ille ſuper Ægram præfracto gelu piſces quærentem decollarit, caputq; Neclam, quaſi rem magnam præſtitiſſet & propter hoc Neclam ab inſidiatoribus regiminis vindicaſſet, vni ex tribus ſuppliciis, quod eligeret, adiudicauit dicens. Vt aleres puerũ, non vt occideres, credidi. Te neq; meum imperium, neq; amici memoria, neque innocentis pupilli miſeratio retraxit a ſcelere. At mihi quietem parare voluiſti. Tui ergo meriti ſumito præmia. Hinc, vt ſibi placuit, in alto arbore ſe ſuſpendit.

Hoſtiuitius Neclani maior natu filius à ſuo fratre Miſtibogio bello impugnatus, qui Miſtibogius a dæmone tandem ſuffocatus & Hoſtiuitius tam Suatopluco rege Morauiæ Chriſtiano pacem & fidem ſeruauit incorruptam.

Boriuorius Hoſtouitio prognatus, aurora & lucifer Chriſtianæ Religionis duxit vxorem Ludmillam filiam Slauibori Melnicenſis. Hic idem Dux à Suatopluco Morauiæ rege cum aliis principibus ſolenniter inuitatus, aliis circa menſam honorifice accumbentibus, ſolus in terra cõuiuari iuſſus, eo quod paganus eſſet. & pagani hunc morem haberent recumbendi. Quod ſi vellet cum illis ad eandẽ menſam accumbere, neceſſe eſt eandẽ fidẽ Chriſtianã amplecti. Cui Boriuorius. Quid boni ergo mihi afferret fides veſtra, forſan nihil, forſan Deos meos grauiter offenderẽ, q, magis timeo. Rex illico miſit pro Epiſcopo ſuo Methudio, vt illum Catechiſaret. Quod fecit, & illi quęrenti tandẽ, quẽ fructũ habiturus eſſet exinde, ſi Chriſtianus fieret, reſpondit: Hæc Deus rerũ omnium author & cognitor tibi perenne ſignificare iuſſit: Si tu abrenunciaueris idolis & diabolis illa inhabitantibus, eris dominus dominorũ tuorũ, oẽs inimici tui te pertimeſcent Progenies tua futuris temporibus amplificabitur ſicut fluuius quẽ ſubintrant riui multi. Nam & regnũ hoc olim in ſuam gentẽ & vrbem, quã inhabitas, transferatur. Itaq; credens in Deum Patrem & Filium & Spiritũ ſanctum, totamq; noctem cum familia ſua precibus abſoluens, Sequenti die quæ fuit vigilia S Ioannis Baptiſtæ, exiſtente Rege compatre à Methudio cum triginta famulis baptizatus eſt, deinde honorifice à Rege & principib. habitus & magis magiſq; in Religione Chriſtiana profecit. Dimiſſus ergo cũ magno honore & benedictione adiunctus fuit Sacerdote quodam Caico nomine deuoto & in ſcriptura ſacra bene defundato, & rege comite ad fines Bohęmię peruenit: vbi in Regiogradecio (ſic vocato poſtea) primum templũ in honorem Dei & S.Clementis erexit, & primo miſſam per dictũ Sacerdotem fecit celebrari. Qui domũ rediens & hęc quę geſta ſunt, diligenter referens Ludmillæ coniugi ſuæ, eam valde anxiam & turbatam reddidit: multum enim indoluit, quod a tam bono Epiſcopo fidem illam (per quam poſſet viuere in perpetuum) ſibi non licuerit addiſcere. Plura in illius vita. Prophetiam autem Boriuorio factam effectus vere ſubſecutus eſt. Nam filius Suatopluci qui & ipſe Suatoplucus vocabatur, ad Methudium miſerat, ne ſacra prius obiret, quam ille à venatu reuerteretur. Expectat præſul ipſo die SS. Petri & Pauli plus ſatis temporis, deinde meridie iam inſtante, ac magna plebis multitudine propter morã recedente, neglecto regis imperio, ſacra more ſolemni facere incipit. Ecce tibi rex, turba venatorũ canumq; rege ſtipatus, ſubitus in templum inſilit, cum ingenti ſtrepitu & latratu ad altare aduolat ac ægre manus (prohibentibus qui aderant) a violando præſule abſtinet. Cæterũ omnia quæ in ara erant depoſita, ſacra & prophana tã diſturbat quã deiicit. Methudius hæc Romæ denunciat; Sacerdotes omnes & literatos ſecum rapit in Bohæmiã, Cæſar Arnolphus per edictũ, regnum illius publicat, datq; diripiendũ vicinis Vngaris, Polonis, Auſtriacis, multi ſe vltro citroq; Bohæmorum poteſtati ſe cõmittunt. Suatoplucus horũ malorũ author pænitentia ductus ad montẽ Sembor receſſit omnib. inſciis, vbi cum trib. Eremitis vixit incognitus vſque ad mortẽ, qua imminente patefecit omnia & mortuus Nitriæ in Pannonia ſepultus dicitur. Boriuorius quantũuis multa & tandẽ exilium à ſuis gentilibus propter fidẽ Chriſtianam paſſus eſſet, reductus tandẽ cũ gloria, per Methudium tã conciones & ſacra frequentiſſima fieri curauit, vt multa millia cõuerterentur & baptizarentur. Ipſe quoq; ad templũ Pragæ ædificandũ curam adiecit & fundamẽta ſub titulo diuæ virginis in loco maxime cõſpicuo, quẽ curiã lætã vocabãt, põere iuſſit. Extraxit in arce Wiſſegradenſ. ſacellũ Diuo Clementi, cuius corpus Cyrillus Antiſtes, ex Cherſoneſo Pontica in Morauiã attulit, ac deinceps Romã ſecũ attulit clarũ miraculis, ideoq; tẽplo proprio à Boriuorio honoratũ. Alterũ mox ſacellũ Diuis Petro & Paulo in colle Zderazd exædificauit, vbiq; ſacerdotes, per Methudiũ cõſecratos conſti-

constituit illisque stipendia de ærario suo dari iussit. Scholas præterea instituit, in quibus Scholastici latinis litteris discendis à Bohæmis, ignoratis hactenus, vacarent. Nascitur interim Boriuorio ex Ludmilla filiolus, nomine Boleslaus, Methudioq; præsuli tingendus & vngendus offertur. Ibi Bohæmi Methudium adoriuntur, ab ipso exigentes, ne sermone latino, quem non intelligerent, sed Bohæmo sacra & Sacramenta perageret. Hanc rem ille ad Cyrillum Collegam Romam, atq; is ad Nicolaum Romanum Pontificem retulit. Dumque ambo riderentur à circumstantibus, de improuiso vox insonuit, Omnis Spiritus laudet Dominum & omnis lingua confiteatur eum, Qua voce perculsus Romanus Pontifex, secundum petitionem Bohæmorum respondendum Cyrillo duxit. Cæterum, nō intra multos annos, mos ille vernacula lingua inter sacra cantanda viguit, abolente illam rursus Romano Pontifice, cum daret Bohæmis Antistitem. Boriuorius, vt vno verbo concludam, cultui diuino, templis erigendis, sacerdotum conuersationi & honori, piisque operibus iugiter indulgebat vsq; ad mortem, prout & in S. Iuani vita dicetur. Idem Archangelo Michaeli, & Ludmilla diuæ Catharinæ templum in arce Tetin ædificauit.

Spitigneus, patre abdicante & secū vxore & sacerdote Paulo in arcem Tetin pietatis & Religionis ergo conferente, ordinesq; prius de filio in principem suscipiendo, monente, principatum ingressus, permodeste se & ciuiliter erga omnes gessit, & ab omnibus laudem ex eo & charitatem consecutus est. Templum diuo Petro & Paulo in oppido Budeco non longe à Praga dissito, condidit, iuxtaque ludum literarium aperuit, celebritate studiosorum omnibus tunc antecellentem. Sed corruptus postea, religioni & parentibus contrarius, breui tempore post morbo extinctus est: moriens sine filiis, fratri principatum reliquit.

Wratislaus. Commendatione parentis duntaxat, licet oneri ferendo propter ætatem adhuc teneriorem impar esse videbatur aliis, successit, quem ipse suis præceptis institutisque formandum recepit. Atq; vt præterea in absentia patris haberet, quotum authoritate in Religionis officio contineretur egit cum præsule Methudio, vt quoties à diuinis negotiis vacare liceret, iuuenis modestiam, religionem & fidem corroboraret: Qui in Christianos adiuuandos & defendendos, cultumque diuinum semper & vbique propagandum fuit Heros strenuus, licet vxor sua Drahomira Lucensis mentita prius zelum Religionis tandem immanior quam Iezabel facta, multa impedierit. Enixa illa filium Wenceslaum, qui postea inter Diuos miraculis suis nouis & inauditis annumeratus est, & Boleslaum. Quia vero Ludmilla pietate & sanguinis coniunctione mota, consensu parentum, cum optio penes illam esset, in Wenceslao meliorem indolem & spem agnoscebat, illum educandum sibi adoptauit, aluitque deinceps pro suo, præceptorem adiungens ei Paulum presbyterum suum, virum opinione sanctitatis celebrem. Hic domi aliquem puerum docuit, post author fuit, vt Budecum, ad Nycenum presbyterum ludi illic Magistrum mitteretur, inquiens, maiores eum ibi in literis & disciplinis Christianis profectus facturum, inter multos condiscipulos Christianos. Nam hæc præcipue cura erat auiæ, vt nepos Christianā religionem ante omnia & disceret & coleret. Audito quoque Methudium & Cyrillum magnos patriæ quoad Religionem promouendam benefactores in Domino obdormiisse, templum Boleslauiæ illis erexit, breui post migrauit ad Dominum, corpora in Diui Georgii templo à se extructo relicto, in quo sepeliri illud moriens iusserat. Drahomira post mortem Wratislai & sub S. Wenceslai regimine mira in Sacerdotes & Christianos tam viuos quam defunctos excogitauit supplitia, quæ tandem Praga ad occidentalem plagam curulis egrediens (in Pohorzolez nunc dicitur) & audiens tintinabuli sono Sacerdotem eleuantem hostiam, vidensque aurigam ex equo desilientem & in pedes ad vestibulum templi, pro honore sanctissimi Sacramenti proruentem, tantas diras, blasphæmias, & execrationes euomuit, vt illa vna cum equis & curru miserabiliter terræ hiatu absorberetur, & fœtor multis annis durauit & locus transeuntibus huc vsque est execrabilis: Et hoc quidem vehementer Bohæmiam piam & commendat & confirmat, dum illa in Deum & Christianos & Sacerdotes in templa tam impia, tam stupendo punitur supplitio.

Wenceslaus, cibi potusque parcissimus, corporis maiestate decorus, ad vltimum vitæ virgo persistens. Diuina in templis officia tam diurna, quam nocturna nunquam neglexit, quinimo & hostias præparauit & vinum ex vuis expressit & Sacerdotibus ad celebrandam missam sanctissimam ministrauit. Et noctis quidem tempore nudis pe-

dibus super glaciem atq; niuem iter agẽs, vim frigoris minime sensit, Podibius vero comes eius indiuiduus, cum caligatus obriguisset, iussus vestigia Wenceslai pedibus premere, concaluit. Postera die cruenta sancti viri vestigia inuenta. Media nocte surrexit, in sylua ligna manu sua cecidit & pauperib. ante domos humeris suis portata deposuit. Iniuit inuitus populo perurgente, adhuc matre viuente sed insidiante, principatũ Duci Curimensi Radislao, nulla iniuria lacessito cum exercitu in principatum suũ ingresso & agros vastare conanti, armatus cum copiis occurrit, vocatuq; in colloquiũ, singulare certamen obtulit, ne sanguis innocens effunderetur. Accepta ab aduersario cõditione, vbi manus conseri debuit, angelis visis, qui Wenceslaum cruce protegentes arma ministrarent & dicerent. Ne feri. Territus ea nouitate Curimensis ex equo prolapsus veniam petiit, quam & à Duce æquissimo consecutus est, monitione præuia, ne deinceps aliena peteret. Similem angelorũ comitatũ vidit Imperator Ottho in Comitiis Wormaciæ, cũ Wenceslaus illuc vocatus postridie, dum solemne sacrificium Sacerdos faceret tardius, ipse quoq; tardius curiã introiuit: Quam moram principe, tanquam ambitionis notam ęgre ferentes, conspirarunt, ne quis ipsorum venienti assurgeret, neue supra se locum considendi dare vellent. Persuasus fuit & ipse Cęsar vt sine vllo honore, Bohæmum velut arrogantẽ transmitteret. At Cæsar ex conspectu duorum angelorum, qui tunc illum medium in Curiam deducebant, obstupefactus, throno exilit, obuiã illi procedit, ipsumq; Wenceslaum non tantum adurat, sed & mox manu sua ad subsellia perductum, assidere sibi proximum iubet. Cæteris vehementer factum admirantibus, Cæsar facti causam aperit, & vicissim miratus, quod nemo præter se quicquam angelos tam clarum manifestumque sui spectaculum exhibentes, oculis suis aspexerit. Hinc Cæsar ei tam liberalem habuit honorem, vt potestatem ei concederet petendi quicquid petendũ sibi putaret a Cæsare. At is brachium S. Viti ex Gallia sub Ludouico Pio Corbeiam in Saxoniã translati magnaq; religione in Bohæmia culti, reliquias sibi dari postulauit: quas & impetrauit. Sed & Cæsar adiecit. Accipe regiũ in primis decus, quo te ex dignitate merito decoramus, deinde tributo absoluimus, quod Carolus quondam Cæsaribus soluendum instituerat. Iussit & postremo, insignia sua Wenceslaũ ferre, fuscã aquilam in clypeo candido, Reliqua, excepto diademate licet à Cęsare & principibus Rex salutaretur, amplexatus est. Propter reliquias autem S. Viti templum in honorem S. Viti in arce Pragensi, erexit & consecrari petiit à S. Wolfgango Ratisponensi præsule; nihilominus tamen cogitauit de inducendo Pragã præsule, sola mater impiissima piis conatibus suis semper obstitit. Simul etiam cogitauit de auia sua Ludmilla, à qua tam multa bona acceperat, quãq; iam tam sanctam iudicabat in templum D. Georgii adeoq; in sepulchrum suũ quod multo ante eidem paratũ fuit transferenda. Illam namq; duo sicarii à Drahomira conducti, peplo proprio noctu strangularunt, in pœnã illorum, adhuc qui ex eo restant generealii ruffi generantur, alii pedibus variatis, prout illi fuerunt. Et siquidem iam in puluerẽ per integrum triennium sit redactũ, vel ipsum puluisculum ad se perferri cupiuit, ideoq; Paulum Sacerdotem cum collegis in arcem Tetin misit, huius rei perficiendæ causa: Qui vt primum locum accessserent ecce odor omnium suauissimus, & adhuc arcula reclusa suauior, in qua corpus tabe incorruptum integrumque iacebat, nisi quod parum quiddam ei de naso decerpserat arculæ tabella tum confracta, igitur læti re præsenti Sacerdotes, feretrum subeunt, corpusq; miraculis clarum, quo iubet Wenceslaus, deportant condunq; Quo magis Dux pius Zelum suum erga Deum Religionem & Christianos omnes commonstrat, eo magis crudelitatem & malitiam suam mater exercet, vnice intenta vt Wenceslaus ex hac vita tolleretur & Boleslaus alter filius maternis moribus plane similis surrogaretur. Inuitatur ergo à fratre suo ad Natalitia, qui futurorũ & maxime imminentis mortis & diuinitus & hominum relatione præscius, confitetur & communicat, atque inde petit Boleslauiam. Cui frater it obuiam, eumq; verbis compositis ad fraudem excipit & introducit. Conuiuio tandem peracto, more suo pio solitoq; media nocte ad templum SS. Cosmæ & Damiani secedit oraturus: Dumque in vestibulo procumbit supplex, Boleslaus in eũ stricto ense ictũ dirigit, quẽ cum videt frustratũ repetit cũ socio, vt sanguis vsq; huc indelebilis muros conspergeret, & vir sanctus exhalaret animã. Baptizatus postea fuit infans nomine Straiquas vel Strachiquas, à terrore cõuiuii mutuato vocabulo, q. ipse parricidio effecerat terribile. Lõgo post tempore, cũ videret Boleslaus fratrẽ post mortẽ clarere miraculis, confusus propter fratricidiũ & inuidens fraternæ gloriæ, corpus vna nocte, sub periculo capitis, quib. iniunctum erat, iussit in arcẽ Pragensẽ

auchi-

auehi, quod quidem non sine miraculis factum est, vti quando de SS. patronis agemus, paucis commemorabimus. Rex quoq; Daciæ in visione habuit iturus ad bellum, contra inimicos suos, si S. Wenceslao martyri nouo sacellum ædificauerit, certum fore se victoriam habiturum. Quod & factum vtrinque, & non in Bohæmia tantum sed & in Dania nomen eius gloriosum. Hoc colophonis loco de eo dixero, quod, qui cum Boleslao D. Wenceslaum iugularunt, pars eorum mente alienata & in rabiem versa, præcipitem se dedit pars in eos gladios, quos nudauerat, incubuit & de ea familia singulis quinquaginta annis vindicta sumitur.

Boleslaus fratricida, communiter sæuus aut crudelis nominatus, primis annis valde persecutus est Religionem Catholicam, tandem prodigiis multis territus paululum à tyrannide sua remisit: Abundauit auro ex montibus & arenis, monetam nouam cudi fecit, arcem & Ecclesiam Wissegradensem erexit, sub qua & argenteus equus supra omne ingenium humanum elaboratus, è terræ visceribus fuit erutus. Qui quidem de consecrando templo cum S. Emmerano, cui filium suum Stratiqualem imbuendum bonis artibus & religiosis disciplinis, commiserat, itemq; de Episcopo bonisq; Ecclesiasticis instituendis, cum Cæsare Otthone recôciliato cœpit agere. Sed negotio infecto & impœnitens, licet ab omni Clero ad pœnitentiam propter fratricidium constanter moueretur anno principatus sui 37. miserrime obiit. Cuius mẽtionem fecimus, vt ordo seruaretur, & quia pium fratrem & filium pium habuit, quantumuis ille esset vt Cain impiissimus.

Boleslaus Pius primus fidei Christianæ propagator & defensor strenuus, pater pupillorum, tutor viduarum, consolator afflictorum, peregrinantiũ ad tumbam S. Wenceslai amator, Ecclesiarum viginti præcipue cum necessariis suis fundator. Cuius soror Mlada nomine in literis sacris & latinis valde erudita, Romæ à Ioanne Pont. in Abbatissã S. Georgii ordinis S. Benedicti consecrata fuit, mutato nomine in Mariã addito baculo Abbatiali: quæ & fratri consensum Pontificis de eligendo Episcopo, secum attulit. Vide inter Episcopos reliqua. Iã liberũ erat sacerdotib. diu noctuq; in tẽplis cantare, cultũ diuinum exercere & priuilegiis Ecclesiasticis gaudere; tunc Dithmarus Saxo Canonicus Magdeburgẽsis qui deuotionis causa ad tumbã S. Wenceslai venerat, fact⁹ est Episcopus primus. Quo post annũ mortuo, Votichius filius Slauonici Libicens. Comitis in eodẽ cœnobio Magdeburgi, in quo defunctus edoctus erat, & ab Alberto Magdeburgensi Archiepiscopo in confirmatione Albertus vocatus, à Boleslao magno Collegii sacerdotũ assensu declaratus, & ab Otthone Cæsare Regalia Veronæ petere iussus est. Præter cætera, nõ minor in sermone ipsius, quã in vita inerat grauitas, ac cẽsoria prorsus obiurgatio, cũ maiore libertate coniuncta, quã vt illam delicatiores aures ferre possent. Hinc odia in illũ cõflata persecutiones, iniuriæ & multa alia, adeo quod Stratiquãti Pragã forte aduenienti, Cathedram Pontificiã obtulerit, propter fratrẽ principẽ: Quæ cum ille detrectasset, ingemiscens diuinansq; Adalbertus, Magno inquit cum dolore hoc tibi dico frater. Honorẽ hunc vltro à me delatum, quẽ nũc valde respuis, posthac non sine maximo tuo malo requires. Nam exulante Adalberto cum idẽ peteret & iã consecrandus inter duos Episcopos Moguntiæ iaceret, misere à dæmone suffocatus est. Adalbertus autẽ propter persecutiones iuit Romã & excõmunicationem super inobedientes Bohæmos obtinuit, quã iniq; ferentes occiderunt quinq; fratres suos. Reliqua in vita eius inter Episcopos. Diẽ Dominicum curauit sanctificari, & matrimonia præsente sacerdote cõtrahi, aliaq; multa bona instituit, ob quæ populus Ethnicus contra illum multa vi insurrexit. Tandẽ sedato populo de hac vita migrauit ad Dominum, magno sui desiderio apud omnes ordines relicto, quoniã sicut dicebatur, ita vere pius fuerit: Qui cum quadã vice multum angeretur propter patris sui scelus atrocissimum, ideoq; venatum in Slarkam cõsolationis causa egrederetur, dimissisq; aulicis suis in syluam ipse in colle subsisteret, apparuit illi vrsus mire magnitudinis, cumq; trepidaret ille nec valens effugere nec resistere, apparuit illi & S. Matthias Apostolus baculo diabolum in specie vrsi abigens, rediiciendo, quod in illo loco venefici essent sepulti, super quos diabolus habẽs potestatẽ singulis annis visitare solet, in cuius honorẽ postea ædificauit templum Boleslaus vt inter sanctos patronos de S. Matthia dicemus fusius.

Boleslaus Cæcus, eo fere tempore, quo in Germania Comitia Cæsari creando, ex noua Romani Pontificis sanctione indicta fuerunt. Nam cũ antea imperiũ velut hereditariũ Cæsares sibi vendicabant, intra domũ quisq; suã, hæredẽ summæ potestatis sibi quærentes, consultius est visum Reip. vt imperaturus omnibus, ex principib. omnibus

vnus ad imperandum maxime idoneus deligeretur. Itaque Pontifex Gregorius quintus & Otthotertius Cæsar, ambo Germani, sibique cognatione inuicem connexi ac pariter in hoc proni vt honor summæ dignitatis in Germania perpetuo resideret, concluserunt, vt electores numero sex, omnes Germaniæ Principes nominarentur. Additus tamen sex illis principibus posthac Rex Bohæmus fuit, elector septimus ad tollendam discordiam, quæ inter pares munero, pari suffragio concurrente, nonnunquam intercedebat: Hic Dux lacessitus prælio a Polono & postea simulata pace & promissione de saluo cōductu & induciis a Polono inuitatur Cracouiam, vnde admota oculis lamina ignita, exoculatum abire permisit, consiliarios suos bonos iugalatos muris præcipitari fecit, sperans per tale facinus, quemadmodum illum Wersouicenses insflabant, principatu Bohæmiæ se potiturum.

Iaromirus natu maior filius, à patre Boleslao Cæco, insidias suorum & principatus ruinam iam sentiente in solio paterno, ordinibus cunctis approbantibus collocatus est sed & insidiis maximis obnoxius. Cochanus enim quidam insidiator principum vt Wersouicenses semper fuerunt, adolescentem sub specie venationis in syluam deduxit cum suis sceleratis complicibus, ii loris quæ secum gestabant confestim expeditis, principem ex equo in terram deturbatum, reuinciunt, ad quercum seminudū alligant, Cochanus primus in illum torquet iaculum post illum alii Wersouicenses. Ecce ex improuiso veniens Houora fidelis seruus & intimus, vidensq; repente ad venatores magna cum voce reuolat, clamans principem per insidias interceptum & interfectum. Quod & coniunx domi in somnis vidit & propterea vt serui sui homines ad auxilium ferendum properarent, diligenter monuit. Concurritur vndiq; ad capiendum principem ad cōprehendendos insidiatores, & vix Houora iā ex arbore, laqueo circa quā posito detrudendus liberatur, sed Cochanus fuga dilapsus, alii Wersouinenses gladii supplicio affecti. Memoria tamen dignum perpetua quod accidit, Iaromirus qui multis telis confixus, ac pro mortuo a tortoribus relictus erat, sospes inuentus est D. Iohannis Baptistæ salutem acceptam referens qui ab ipso inuocatus adfuit, hirsutoque suo pallio tela omnia excepit, Idemq; idem Dux eodem loci aream pro templo sub titulo D. Ioannis ędificando designari fecit, & aram poni vbi arbor stetit, & nunc monasterium est ordinis S. Benedicti. Habuit & Houora fideli seruo suo hunc honorem, vt eum præfectura venatoria, eiusq; posteros & insuper agris & pagis honoraret, primumq; inter Bohæmos authoritate Cæsaris Henrici ad eum procerum gradum proueheret, qui nunc Barones à Quercu in Bohæmia appellantur. Ad exturbendum eum è principatu multa tentauit Boleslaus Polonus, cui & in auxilium venit Germanus frater Iaromiri sed tumultu tandem superato dum de principatu frater vterque disceptaret, Vdalricus malo Cochani Consilia eruit fratri vtrumque oculum & sic eum pariter exclusit à regimine.

Vdalricus dubius ex qua natione vxorem sibi deligeret, dum ex venatione reuerteretur, incidit in puellam rustici cuiusdam hominis filiam, linteolorum tunc sordes eluentem ad riuum, cuius specie illectus, eam in vxorem duxit, & quæ antea Borzena postea Beatrix nominata: & quam matronæ nostræ nobilissimæ prius detestatæ tanquam indignam principe, illas postea Beatrix morum suorum elegantia & modestia, tum verborum comitate & ciuilitate, tum denique vita casta & pudica, in magnam sui admirationem rapuit. Ea primo statim matrimonii anno filiolum peperit, quem Helicardus Pragensis Præsul Bretislaum baptizauit & hic primus Marchio Morauiæ factus est. Idem Episcopus Vdalricum pœnitentem cū Iaromirio reconciliauit, vt vterq; regeret. Ipsius exequiis duntaxat cum prius non poterant, interfuerunt Iaromirus & Bretislaus vbi Iaromirus inquit. Non tibi, mi frater, hanc culpam attribuo, quod orbus luminibus vitam infœliciem viuo, quin potius, vt in æternum quiescas, Deum deprecor. Nec enim ad te hoc tam atrox facinus, sed ad execrandos Wersouicenses pertinet, qui cum me interficere non possent, quod morti proximum est, adempta luce dulcissima, perpetuas mihi tenebras execrabili persuasione obtruserunt.

Bretislaus successit, quem Iaromirus in eodem sermone, manu apprehendens allocutus est, inquiens, fili quem ego nunc omnibus coram in locum patris coopto, ipse de omni principatus administratione vltro tibi concedēs, fac vt olim tam patris, quā meā patrui tui vicem doleas, digna à proditoribus exacta pœna. Quod intelligēs Cochanus Iaromirū turpi morte interfecit, minas adiiciēs etiā de morte Bretislao, q eū fecit capi, &

& multis pœnis affici tandem decollari. Sub hoc fuit quies populo, diuitiæ, & abundantia auri argenti, frumenti, rerumque omnium, benedictio Domini & summa fœlicitas & maxime Religio & templa viguerunt. Hic ab angelo in somnis intellexit voluntatem & iussionem diuinam esse, vt statim in honorem beatissimæ Mariæ virginis & S. Ioannis Baptistæ expensis suis templum curaret ædificari. Quod ille consulto etiam Episcopo seuero perfecit & tradidit Fratri Procopio Cotanskeho Abbati & fratribus ordinis S. Benedicti cum ista comminatione, vt quicumque fundationem suam violauerit aut bona Ecclesiastica, vltra quam fundata sunt, vsurparit, cæcitate & paupertate & infirmitate puniatur à Deo, donec in integrum restituat. Præterea vt vlcisceretur patris & fratris iniurias à Polone illatas cum magno exercitu in Poloniam proficiscitur, Cracouiam depopulatur prædamque in genrem accipit, inde Gnesnam ad transferendum corpora Sanctorum Adalberti & aliorum omnibus Bohæmis vna voce id expostulantibus. Seuerus redarguit illos temeritatis & commonet quod præuia confessione & communione tam sacrum corpus esset eleuandum: Dumque illi contra monitionem in corpus eruendum irruerent, diuinitus sunt puniti, & quasi in ipso opere omnes exantlati. Itaque pænitentiam egerunt, & per triduum ieiunarunt, precesque cum lachrymis effuderunt. Tertia nocte S. Adalbertus apparuit Episcopo dicens. Indica principi & populo suo, Deum postulara factorum, si quæ in Baptismo promiserunt, exequantur. Retulit hæc Episcopus principi suisque Consiliariis, & e vestigio omnes coram altari beatissimæ Virginis in templo coramque tumba S. Patroni flexerunt genua in longum tempus orationem protrahentes. Tunc surrexit princeps & allocutus est omnem populum, si velint transgressiones suas mutare in melius & abstinere à prauis operibus. Et illi iurarunt pro se & posteris suis, se id ipsum facturos. His præmissis Dux manum suam posuit supra tumbam dicens. Quisque vestrum dextram suam ad Deum eleuet, duosque digitos extat, & attendat verba quæ loquar vobis, quibus volo fidem vestram confirmetis. Hoc est primum mandatum meum iuxta Dei voluntatem, vt vxores vestras quas nunc habetis, nulla de causa aut vt faciunt bestiæ dimittatis, sed mortem vsque seruetis, prout SS. Ecclesia Catholica instituit. Vt vnusquisq; maritus habeat vnam coniugem, & coniux vna vnum maritum, & non cum aliis sese commisceant. Contra facientes iuxta prouinciæ statuta & iura Ecclesiastica, virgis puniantur, & pro seruis in Vngariam vendantur. ne possint redimi neque in Bohæmiam reuerti, in terrorem aliorum; Et Episcopus adiecit etiam excommunicationem. Iterum Dux. Hanc eandem pœnam subeant virgines & viduæ, Status sui dignitatem violantes, quæ cum possint inire matrimonia, malint peccare per libidinem & infantes suffocare, aliaque mala multa facere. Item pœnæ huic obnoxii sint maritus vel vxor, contra quos probabitur, quod maritaliter non tractent se se, sed malitiose & impie. Rursus Dux. Qui percusserit patrem suum naturalem aut spiritualem, item & matrem & denunciabitur principi, constringatur compedibus & extra prouinciam ad perpetuas operas publicas vendatur. Præterea. Tabernas, cum sint colluuies rerum omnium malarum & seminarium furum homicidarum & flagitiosorum hominum, quicumque ædificauerit, in eas aliquid impenderit, in iis pocculenta vendiderit, ille detonsus ad columnam publicam alligetur, à lictoribus ad nauseam vsque fustigetur, bona ipsius confiscentur, & quod propinauit, in terram effundatur. Potatores ibi comprehensi, carceri mancipentur, nec dimittantur, nisi certam pecuniæ summam principi numerent. Insuper. Prohibentur nundinæ & mercaturæ diebus Dominicis & festiuis in patria receptis: si secus factum fuerit, omnia quæ venalia qualiacumque in potestatem Episcopi redigantur, & certa summa pecuniæ Duci exoluatur. Quicumque mortuos suos sepeliuerit in agro vel in sylua. Archipresbytero teneatur bouem dare, & certam pecuniam principi. In Cæmiterio autem & loco sacro, prout instituit S. Adalbertus corpora defunctorum recondantur. Hæc etenim sunt quæ Deum sæpe grauiter offenderunt & S. Patronum nostrum, vt oues suas pastor deseruerit, & ad alias se conuerterit: Ne autem illa repetamus, iuremus omnes & singuli pro nobis & omni posteritate nostra. Ex tunc benedictione præuia psalmosque pænitentiales recitante: Clero Princeps accepto malleo laborauit, vsq; tumulum aperiret, quo aperto odor fragrantissimus repleuit omnes, quotquot adfuerunt, vt refectionis corporalis obliuiscerentur, & infirmi quoque sanarentur, vultus S. Adalberti ita illæsus & formosus fuit, ac si illo die missam sacram celebrasset, corpus autem ex toto incorruptum. Proinde Episcopus

incepit Te Deum laudamus prosequente Clero,& cum Duce corpus sacrum super altare posuerunt, vbi & Dux patronum pro intercessione apud Deum implorauit. Hinc per Prælatos & Abbates diuisa officia vt alii gestarent S. Gaudentii, Episcopi quondam Gnesnensis,corpus,alii quinque fratrum & cum solemnitate reuersi sunt ad agros Pragenses die ante vigiliam S. Bartholomæi. Sequente die Episcopus cum principe & aliis portârant S. Adalberti corpus, reliqua Prælati & Abbates, multitudo comirantium cantârunt laudes Deo & ingens numerus sequutus est captiuorum. Hic Dies vere & celeberrimus & memoria æterna dignus. Accusatus tandem Dux & Episcopus à Polonis, quod violenter è terra sua hæc abstulerint, & sine scitu & consensu Pontificis hæc attentauerint, a Benedicto nouo pronunciatum fuit, quia ignoranter & pro amore erga suum Episcopum hoc fecerunt, obligati fuerunt, vt Ecclesiam cum Præposito, Decano, Canonicis & Cantoribus aliisq; necessariis in perpetuum duraturis fundarent: hinc templum veteris Boleslauiæ S. martyri Wenceslao extructum est, à Seuero precibus Ducis anno 1.46. die 20. Maii consecratum, quod in hodiernum diem celebre est. Idem princeps erexit monasterium Pinoniense, quod consecrauit idem Episcopus & introducti fuerunt fratres Eremitæ orationis S. Augustini: item Ecclesiam S. Mauritii in Wissehrad adiuncto hospitali. Mortuum tandem planxerunt omnes, quod fuerit erga subditos benignus, erga inimicos strenuus debellator, in iudicio iustus, in Eleemosynis distribuenis misericors, amator Christianorum & Religionis Christianæ, templorum author & propagator, viduarum & pupillorum tutor paratissimus, quodque ipsius merita laudesque nemo satis possit enumerare. Nullus in rebus bellicis ex Bohæmiæ hactenus principibus, Bretislao par fuit. Nullus tam fœliciter aduersus Cæsarem & Germanos rem suam gessit. Nullus tam late Vngariam ad vsque arcem & oppidum Strigonium vastauit, tamque crebris & variis prælis ipsos Hungaros afflixit, nullus Poloniam, ita vt ipse debellauit & ad tributum Bohæmis pendendum redegit. Domi item in administranda Rep. habitus clarissimus.

Spitigneus iuxta patris vltimam voluntatem totum principatum consecutus, diuisis inter fratres reliquis in Morauia dominiis, qui viuo patre & iubente adfuit, cum muro cingendam Bretislaus conduxerat, metiriq; iusserat. Metienti clybanus proxime cænobium obuiam fuit, qui cursum funiculi à via detorquebat, quoniam parens furno parci iniunxerat. Quo paulum progresso Spitigneus subsistens, clybanum inuadit, illumq; vi sua demolitur ridentibus omnibus videntibus clybanum integrum è summo montis præcipitari, his præterea verbis insultans. Non amplius Germana hæc sanctimonialis tostas ex hoc clybano edet placentas. Ad quæ illa commota. Videte, inquit, robustum Bohæmum, quam strenuum facinus designarit, fictilem vnus solus fornaculam diruit, quam vix tres validissimi iuuenes Germani proturbassent, dignus scilicet ob hanc victoriam corona triumphali. Arriserat dicenti Iudith mater, quę tum pręsto fuit, & perinde atq; illa sanctimonialis filium offenderat, tanquam parum Bohæmis propitia. Hinc adepto principatu & nocendi potestate, indignatio contra Germanos exarsit implacabilis, vt contra sententiam virorum primorum exemplum insolens detestantium edictum proponeret, quo intra triduum Germani omnes è Bohæmia pellebâtur. Ac ne respicere personas; matremq; suam ab aliis secernere videretur, illam quoque in Germaniam saluis rebus suis reuerti iubet. Abbatissam quoque post edictum abire nolentem, curriculo leui mandauit in viam Bauaricam abduci & dimitti. Fratri quoq; Wratislao. vt fugeret ad regē Vngariæ & Morauis trecentis fuit molestus, quos incarcerare iussit & bona confiscare præcepit, quos tandem etiam integre libertati pristinæ restituit, & reconciliatur fratri Wratislaus. In hoc cogitationis diuersæ contra fratres & Morauos æstu fluctuanti, vt ipsemet retulit, per quietis speciem D. Vitus se obtulit videndum, grauiq; ac Seuero sermone illum corripuit, quod odium implacabile aduersus necessitudines foueret. Nihilo leuior in subditos, quos sæuè & atrociter tractaret, in foribus esse pœnam, quam nisi resipuerit, Dominus illi retribueret, seq; fore actorem. Contristatus hoc tam tristis somnii aspectu, Seuerum Pontificem accersiri iubet, metumq; nocturnum & curam præsentem suam coram eo explicat. Ille cælitus demissum numen affuisse interpretatur, neue iocetur, Nec enim ad bonam frugem, nisi bonū quoq; Angelum conuertere homines solere, idcirco Deo gratias agendas pro munere hoc gratuitæ misericordiæ suæ, parendumq; esse monitis diuinis, quorum contemptus nunquam sine certa pœna transmittitur. Mirabilis facta est subito in Spitigneo metamorphosis. Vocatis enim cōtinuo fratribus suis Conrado atq; Otthone, simpliciter illis

atq;

atq; aperte peccatum suum indicat, inquiens, se cupiditate plura habendi, & ambitione latius dominandi bonis illis à patre assignatis nuper interuertisse: nunc pœnitentia gestorum immutatum, vtriq; quod suum est, fraterne reddere, fraternaq; deinceps omnes fratres suos beneuulentia velle prosequi. Æque benigno mox animo scripsit ad municipia, vt custodiis laxatis, Morauos, qui nuper captiui erant liberos in Morauiam redire fineret. At Wratislaum Olomutii in domicilio suo inuisere dignatus est ipso natali die, quem filiolo ex Adelhaide filia Andrææ Regis Vngariæ nato, ritu Christiano per Baptismum celebrabat. Filium a fonte Seuerus Pontifex suscepit, nominauitq; eum auito nomine Bretislaum. Equitanti Pragam versus principi occurrit vidua quædam, vociferans rogãsq; iustitiam sibi contra aduersarium, multo se potentiorẽ administrari. Expectare illam princeps, dum reuerteretur monet. Contra illa, morem hanc sibi periculosam allegat, quoniam vadimonium in proximam horam promissum sit, quod deseri sine iactura causę suę nequeat, profectionem autem absq; quouis detrimento posse differri. Ablegat illam princeps ad alios iudices ordinarios. At illa exclamat. Male rẽ suam procuraturam, si alii illam, quam suo iudici, sibi à Deo constituto commendauerit. Victus hac voce, equo descendit, cognitioniq; amplius duas horas vacat, ac demum post sententiam latam interruptum iter Boleslauiam continuat. Et Pragam rediens omnes iudices ad minimum conuocat, exhortans illos vt omnibus iudicium & iustitiam faciant, ne Dominus Deus superiores per hoc puniat. Apperente mox festo die translationis S. Wenceslai, Pragæ videns ad sepulchrum tantam domesticorũ, aduenarũq; frequentiam confluxisse, quantum locus ille propter sui augustiam capere nõ poterat, religione tactus, quod laxiora ipse palaria quam Diui templa haberent, nouo operi excitando curam intendit, dirutoq; sacello vtroq;, quorum alterum D. Vito, alterum D. Adalberto consecratum fuerat, aream longe ampliorem mensus, omnibus tribus in illa vnum satis magnificum superstruxit templum. Cui, quo minus fastigiũ, tectumue imponeret, mors intercessit. Hanc pulchram sibi memoriam apud superstites relinquens, quod male probatos ab initio mores bene verterit, cum plerumq; alii principes in deterius mutent, vel bene ceptum vitæ institutum. Factus enim ex indignabundo pacificus ex immisericordi misericors, vt omnes in stuporẽ conuerteret. Domino Deo mane se cõmendauit, veniam pro peccatis prӕteritis precatus, & gratiam ne alia perpetraret, res Ecclesiasticas & templorum priusquam pranderet tractauit, inter prandendum de scriptura sacra collocutus, post cibum res temporales iudicauit, vespere curauit sibi Chronicam legi, vt intelligeret quid prædecessoribus suis contigerit & quomodo ille suos possit regere. Post cœnam secessit in conclaue suum, completorium recitans, silentium seruans & Deo se cõmendans. In Quadragesima ad matutinas surrexit & expansis manibus iacuit aliquando vsq; ad finem. Ad primam accessit & cum Prælatis cantauit, Eleemosynas large distribuit & multa bona fecit.

Wratislaus Pragam à funere Spitignei Wratislao Conrado, Otthone conuenientibus, in eo conuentu ab omnibus ordinibus, tanquam natu maximus, Bohæmiæ princeps declaratus, & ab eodem Morauia inter duos iuniores fratres diuiditur. Cæterum Henricus post obitũ patris sui, celebrẽ principum conuentum Moguntiæ celebrãs, secumq; reputans, qua potentia, quos populos, quas regiones Wratislao regeret, S. Boienus, Morauos, Sletitas, Lusacios, à quib. maius periculũ, quã ab aliis nationibus esset pertimescendũ: quoniã Germanis permixti, ipsam Germaniã inhabitarent: ideoq; paci & concordiæ subditorum consulens securius ac firmius vinculũ ad illũ conseruandum ducens, si beneficio potius quã imperio sibi Buhæmiæ principes obligaret, accitum in mediũ principũ, sua voce Bohæmiæ Regẽ Wratislaũ declarat, mandatq; Gilberto Treuirorũ Præsuli, vt eundẽ morẽ aliorũ Regum solemni vnà cum vxore Pragę inungat & coronet. Ibidem in Gerardum quoq; fratrem Wratislai beneficiũ egit, Pontificatum Olomucensis, Ioanne tunc mortuo, cum Pragensi denuo coniungens, illumq; Gerardo conferens, eadẽ licentia, quam paulo ante in patre detestatus & bello persecutus est, q; Romano Pontifice spreto, præsules pro sua libidine instituerit. Geratdus autem tam latã ditionẽ assecutus, nequaquã vlterius se intra officii debiti regiones cõtinuit, aduersus Regẽ adeo insolens, vt ne rogatus quidẽ in curiã ad consultandũ, aut in templũ ad rem diuinam peragendam, si Rex ibi fuerit, venire voluerit. non quod vlla noua iniuria ab illo fuerit lacessitus, sed tantum vetus valuit simultas memoriaq; fauoris, quem Rex Ioanni Olomucensi Præsuli, quoad vixerat, perpetuũ exhibuit, vt se Gerardus quoq; pertinacem fratri exhiberet inimicum. Sed quæ Wratislao animi magnitudo erat, risu

magis quam stomacho eiusmodi fratris insolentiam transmittebat, rationem tamen interim dignitatis suæ habens. Nam in altera vrbis arce, quam Wissegradensem vocant. templum omnibus sacerdotalibus officiis, dignitatibus æque ac priuilegiis insigne instituit, atque erat alterum illud in arce sancti Viti solo Pontifice excepto, in cuius locum, authoritate Pontificis Romani, præpositum substituit, qui dum sacra facerent, non ipse tantum sed etiam ipsius administri, Pontificalibus infulis ornati incederent. Additus præposito Magistratus, vt Archigrammateum Regni, (nunc appellant Cancellarium) ageret, & cum illo honor principis, ne in hac quoque parte multum inferior esset Pontifice. Quotiescumque igitur solennis feriarum dies occurreret, non ad Episcopum, sed ad præpositum sacra peragentem Rex diuertebat, hocque modo artem fratris, arrogantiamque arte sua eludebat. Hic Iudæos Christianorum aduersarios & occisores Praga eiecit. Item post seuerum Episcopum sacellanum quendam fidelem suum, vt Saxonem virum vndecumque doctissimum, genere etiam nobilissimum, præpositum item Litonericensem nomine Lanesum aut (vt vocabant illum Bohæmi) Luzka, in præsentia fratrum suorum principum, procerum, item totiusque Cleri prope Glacium, per annulum baculumque pastoralem in Episcopum & pastorem Bohæmorum instituit, sed contradicentibus omnibus, qui aderant, quod ille sit extraneus, & Princeps plures habeat è suis ad Episcopatum qualificatos, quam Episcopatus habeat, & simul extrema minantibus. Cum primum Pragæ conuenissent, fratrem suum Iaromirum (alias Gebhardum) in verum Episcopum declarauit *fol. 199.* & cum viris præclaris ad Cæsarem pro consensu obtinendo ablegauit. Episcopus iam Moguntiæ consecratus, constituit Sacellanum suum Marcum nomine Præpositum Pragensē qui Canonicos, vti Laicos in habitu, vita, regula & statutis nouis reformauit, viginti quatuor Canonicos instituit, quos honorifice quoad victum promouit, aliaque multa præclara operatus est.

Iaromirus vel Gebhardus spiritu superbiæ inflatus, Morauiam non minus sibi, quam antecessori suo debitam dicit, illum exterum, se ciuem, illum infimo loco natum, se stirpe regia. Ingressus Morauiam, Ioannem Episcopum nolentem cedere, dolo circumuenit tandem contumeliis & verberibus affecit. Wratislaus, qui Ioannem amabat, ea re commotus, Romanum Pontificem scriptis rogat, vt contumacia Gebhardi corripiatur. Missus est in Bohæmiam Rodolphus Cardinalis, qui causa cognita delictum puniat. Is vocatum Gebhardum, cum minime pareret, Sacerdotio abdicauit, simpliciter & Clero prohibuit, vt omnino à sacris abstineret. Illi Clerus & populus cepit tumultuari, & Clerus quidem audacter dixit Legato, si à proposito & mandato suo non recesserit, quod crastina die velint omnes fieri & manere Laici, quodque in mandatis hoc non haberet, sed vt concordaret vtrumque Episcopum, populus alia cōminatus est, Videns in peiùs verti omnia Rudolphus & Iaromirum & Clerum pristinæ libertati restituit, iubens vt vterq; Episcopus intra annum coram summo Sacerdote se exhiberet. Paruerunt ambo, Sacerdos maximus auditis ambobus, Gebhardum amouere Sacerdotio statuit fecissetque, nisi preces Mathildis virginis, filiæ Bonifacii Ducis Lucani, quæ tum opportune Romæ fuit, ex Bohæmorum sanguine nata, & ita illi ratione matris coniuncta, interuenissent. Hæc est illa Mathildis, fama inclyta & apud historicos late memorabilis, quæ à Radicofano Senensis agri oppido, Cepetanū, interiacentem terram donauit Ecclesiæ: postea patrimonium S. Petri appellarant. Huius ergo interuentu Romanus Pontifex, vtrumque Sacerdotem sua Diœcesi contentum esse, ac remissis iniuriis in patriam reuerti iussit. Iste Dux consilio suorum, vt memoriam sibi faceret sempiternam fecit amplificari Pragam, quo ad domos, curiam exaltauit, posito fundamento ex lapidibus magnis. Contra hunc principem nec Poloniæ princeps Boleslaus exercitum mouere voluit, sciens illum virum esse timentem Deum, nec se habere causam iustam, nec antecessores potuisse superare Bohæmos. Tunc temporis Iudæos fecit numerari propter rerum inopiam quorum erant quinq; millia, ducenti, quinquaginta, & mille reseruans, reliquas omnes excedere Praga iussit. Iudæos præterea, qui nocte Clenodia è templis, Viti furtim asportarunt & Sacerdotes in via occiderunt, magnis suppliciis affecit. Mandauit quoque syluas excindere, agros multiplicare & colere, qui vero nescirent nec vellent, vt eruendo argento auroque essent dediti, nec illi contra hostem vnquam mitterentur, sed ex fodinarum lucro alii conducerentur. Scripsit Gregorio Pontifici septimo, liceret Sclauonica lingua missam celebrare, sed nihil obtinuit. Magos & sortilegos hisque similes

miles

miles carcere & suppliciis euertit. Erga Iaromiro fratri suo Episcopo non numquam fuit iniurius & obedire noluit, post mortem monasterium Oppatowice fundauit.

Wladislaus iure optimo regni hæres, & Dominus factus, nepotem sui nominis, cum trecentis galeatis equitibus auxiliu Henrici sexti Romanorum Imperatoris Romam misit, qui plurimas inde sanctorum Reliquias asportauit. Hic à Friderico primo sibi & posteris Regiam dignitatem etiã cum priuilegio obtinuit. Et cum in expugnatione Mediolanensi egregiam operam nauasset, Imperatori mirifice gratus, leonem rubeum bifurcatæ caudæ in Clypeo albi coloris insigne Regium accepit, Candelabrũ quoque Salomonis ex Mediolano asportatum in Ecclesia S. Viti Pragæ recondidit. Ab exteris principib. in magno honore habitus. Sanxit præterea cõmuni Ecclesiasticorum & procerum consensu, ne quis extraneus dignitatem aut præbendam in Bohæmia consequatur. Quod si quam habet, eiiciatur. Hic monasterium Sionis & Litomislii Oliueti ædificauit. Vxor aũt Gerdruta Doxanẽsis & Cõplicensis. Et altera Gitka, pontẽ super Muldauiam, quo vetus Praga minori coniungeretur, vt placaret Bohæmos. Quia inter Sobieslaum Fridericum qui flagellatus fuit noctu à S. Petro, quod Pagum Ecclesiæ Wissegradensis cuidam nubili oppignorauit, (de quo in 1. lib.) Conradum item Bretislaum & Wenceslaum Duces duntaxat dissensio perpetua, ideo hos sciens prætereo.

Premislaus ad euertendos hostes ab agris propriis, cum essent destituti principe substituitur, primo quidem interrex, postea Rex III. factus Bohęmię. Illo tamen & Wẽceslao de principatu disceptante Henricus Episcopus habuit interregnum, cui primũ studium fuit, vt Latrocinia quæ erant frequentissima coerceret & Sacerdotes in ordinem redigeret. Is idem Primislaus ab Henrico Cęsare multa passus, vt tandẽ Ratisbonę ob quęrendum victum quotidianum vbi templum ędificabatur, seruili habitu operam suam Architecto locare, totumq; diem rotam versatilem in subducendis in altum lapidibus per integros decem dies versare coactus fuerit, vno tãtum ex suis clientulo fideli, laboris sudorisq; socio. Audita morte Cæsaris festinauit in Bohæmiam & cum fratre Wladislao ita fraterne conuentũ fuit, vt Primislaus Bohæmis, alter Morauis imperitaret. Et quia Philippo Sueuiæ Principi, non autem Otthoni Saxoni, quorum vterq; Cæsar electus erat, fauebat, in conuentu Moguntiæ, de omnium qui adfuerunt sententia Rex Bohęmiæ creatus est, manu Cæsaris corona imposita. Exin tandem interregnum in Bohæmia finitum: Regibus deinceps serie continua sibi succedentibus. Qui etiam Wenceslaum filium suum etiam tum puerum Regem coronauit. A Friderico Cæsare, cui familiaris assiduo adhærebat, obtinuit, vt finibus Regni sui in Germaniam promotis, liceat sibi posterisque suis pacate perfrui. Item liceat libere in toto Regno, sine vlla tributi exactione regnare. Et tandem Conciliis principum à Cæsare indictis non adesse; nisi indicta fuerint aut Norimbergæ aut Bambergæ aut Ratisbonæ vrbibus Bohæmiæ vicinis. Inter alia opera præclara, duo Pragæ Cænobia erexit, alterum Diui Clementis, alterum Diui Francisci titulo, atq; in vtrumq; sodales introduxit. Factum est autem quod idem Rex frigere cepit ratione Religionis & cultum diuinum nunc intermisit, nunc fastidiuit, nunc plane omisit, Sacerdotes autem coegit propter coronam etiam capitis censum inauditum soluere, tandem monitis bonis resipuit & edictum capitale de eum lædendis sacris monitis euulgauit, Episcopum Andream Roma reuocauit, per quem, quæ in Bohæmia absurda irrepserant, sublata fuerunt.

Wenceslaus, qui & ipse Otthogarus (hoc est Oitischgar) cognominatus, regni gubernacula excepit, cum à pueris statim Rex declaratus & coronatus fuerit, sed vis tamen regiminis penes patrem durauit, ac post obitum tandem ad filium iure pleno translata est, Premislao filio Marchione Morauiæ designato. Hic inter venandum parum cautus, in ramum impingit obuium, alterumque amittit oculum, vnde Monoculus pro Ottogaro cognominatus est, formidabilis alias & Cæsari & hostibus ex alia parte liberalis quod ipsius ostendit Prouerbium Liberalibus omnia liberaliter affluere. Sub ipso Franciscani in Bohæmiam venerunt, Religio Catholicè succreuit, iidem Franciscani monasterium Sancti Iacobi veteris Pragæ & socii ordinis Litomericii etiam Sancti Iacobi possederunt. Wladislaus filius superbire cepit, & contra Deum, Religionem homines moresque bonos impie loqui nec monita voluit attendere, dum itaque mensæ cum suis decum-

bit & loqui properat, osque aperit, ecce musca in os inuolat, omnia viscera penetrat & breui tempore per posteriora egreditur & fluxus sanguinis sequitur, qui nullo medio sisti potuit, donec decimo die etiam animam exhalaret. Alter autem filius Premislaus suasu malignorum rebellis factus & punitus tandem à patre, gratiam cum vtriusque lachrymis consecutus est soror autem Agnes, Abbatissa monasterij S. Francisci miræ sanctitatis & miraculorum plurimorum, cui Innocentius Pontifex varias reliquias sanctorum ex vrbe transmisit, quę & cum fratre hospitale prope pontem pro Religiosis ordinis Crucigerorum cum rubea stella, in honorem S. Spiritus ædificauit. Hunc ordinē plurimi ex ditioribus ingressi sunt, bona omnia in vsum ordinis conuertentes, sicut & templum S. Petri Apostoli in Poryc ab illis fundatum est.

Premislaus filius Wenceslai, qui Ottogarorum nomen sibi quasi proprium vendicauit, diligens fuit in primis in magistratibus surrogandis, qui vel negotia regia curarent, vel iura ordinibus dicerent, pauperes cum diuitibus pari iure continentes: non deserta interim equestris disciplinæ meditatione, quā in hoc instituit, vt domi haberet equitum copiam, nam pedite abundabat. Hic Prutenos Christianæ fidei hostes cum Episcopo Olomacense. Bramone debellauit, & volentes eam amplecti, saluauit, curans vt baptizarentur, vrbem in littore maris præclaram condidit, quam ex titulo suo Regali, montem Regalem appellauit, vt tanto Prutenos in officio retineret facilius: Cæterum Prusia subacta, gloriari palam solebat, se terminos Regni Bohæmiæ à mari Adriatico, vsque ad mare Germanicum promouisse, quod aliis ante se Regibus, ne per somnium quidem contigerit. Deinde Belam Hungariæ Regem ob violationem fœderis & irruptionem expugnat, vbi sedecim millia hostium interfecta esse narrantur, paulo videlicet minor numerus, quam vniuersus fuit Ottogari exercitus. Huic tā insperatæ & insigni Victoriæ pro argumento miraculum adiicitur, tunc cum acerrime præliaretur, visam Aquilam niue candidiorem, quæ supra vexillū Diuo Wenceslao consecratum, in cuius nomine lætū Pæana Bohæmi cecinerunt (quale ad hoc tempus ante pugnam canere assolent) placide volitabat sensimq; per incrementa alas extendebat, donec totum Bohæmorum exercitum amplecteretur, quasi illum protegens, ne ei ab hostibus male Christianis noceri posset. Ipse tamen Rex sine vlla ostentorum commemoratione in Epistola, quam ad Vrbanum Romanum Pontificem de hac victoria dedit, simplicitas, vereque Deo optimo maximo acceptam illam retulit, suamque gloriam & potentiam ita dilatauit, vt ex Italia Veronenses, Feltrenses, Taruisini ac totum pene forum Iulium vltro ad Ottogarum Oratores miserint, oratum vt ab eo in Clientelam reciperentur. Nam Cæsar legitimus adhuc nullus in Germania declaratus fuerat, nec alius in illa Ottogaro potentia, opibusque ac regio prorsus apparatu, par inueniebatur, maxime post triumphum de Bela obtentum, postque castra eius direpta, in quibus tantum auri ex præda nactus est, vt aureum deinceps pro argenteo abacum sibi ad mensam instruxerit, aureosque Calices ad aras, & aurea thuribula facienda curauerit? tantum præterea manubiarum, vt præter donatiuum militibus affluenter dilargitum, tam large adhuc ex illis superesset pecunia, vt inde nobile atque opulentum cænobium cōderet. Inter spolia hostium solum digitum, indicem, S. I. annis sibi reseruauit, quem postea Ossicensi monasterio legauit. Atque ipsum vexillum S. Wenceslai terrori fuit hostibus, adeo vt ex solo aspectu terga veterent. Quo anno coronatus est solenniter & hospites suos honorifice tractauit, hoc & fecit ipso die S. Ioannis Baptistæ per eundem Archiepiscopum Moguntinum Wernerum monasteriū S. Iacobi veteris Pragæ. Tandem cum Bela supranominato acceptis magnis muneribus iniuit fœdus pacis. Quodam die festiuo S. Wenceslai videns in templo S. Viti multitudinem peregrinorum deuototum commendauit se eorundem precibus. Mensuras item fecit æquales & mensurati lanios & quæ ad mensuras & pondera spectāt, statuit tam in emptione & venditione frumenti quam in aliis & purgauit latronibus itinera. Oblatum repudiauit Romanum Imperium quod per viginti annos tunc vacauit: in cuius locum suffectus est suus Marescalcus Rudolphus Habespurgi Comes quod ille satis multo tempore sub Ottogaro tanquam militiæ peritissimo Duce meruerit & aliquoties ordinibus regendis à Rege prępositus fuerit, itemque belle semper operam suam Regi approbauit, qui Rudolphus multas prouincias Regi postmodum propter inobedientiam detraxit & in die S. Ruffi in prælio per suos bellatores vitam, vnde Monasteria pleraq; multa damna acceperunt.

Wenceslaus ab Ottone Marchione Brandeburgensi fraude & iniuria circumuen-

uen-

uentus, qui & Regni & Ecclesiæ Metropolitanæ fuit prædator (sub cuius tutela fuit fames, vt homo hominem deuoraret, pestis item subitanea bellum & angustiæ vndique) conditione quantumuis difficili ab eodem quintum decimum agens annum post multas calamitates quas subire coactus fuit, Bohæmis est redditus. Pragam subeunti tantis ex omnibus vicis & plateis ab vniuerso populo tam Ecclesiastico quam alio cum vexillis & canticis excitatus est applausus, vt numquã maior, faustisq; omnibus & acclamationibus plausibilior excitari potuerit. Inter cætera ab omnibus acclamatum est. Aduenisti tãdem desiderabilis, quem tamdiu expectabamus, Otthogari ô inclyta proles. Cælũ etiã signa dedit in Luna & aere lætissima, nihil videlicet tunc nomine Otthogari erat clarius, nihil ad conciliandum omnium ordinum fauorem efficacius, quam quam mox ipse per se, indole & virtute sua fauorabilis euasit, primamq; laudem ex pietate retulit, quam matri ad primum eius conspectum exhibuit, gratiam delicti sc. adulterii faciendo, & vt maritum recipiat Zaccisium Rosensem indulgendo. His Iuditham filiam Rudolphi Cæsaris in vxorem accepit, vbi tanta præsulum, principum, nobilitatisque denique fuit frequentia, vt castris vel domibus quibusdam in campo aperto propter frigus constitutis, satis constet, Wenceslaum quotidiano epulo, non minus centũ millia hominum excepisse, fueruntque non modo beatæ verum etiam fœcundæ nuptiæ, vt ex quarum prouentu, intra annum primum natus est parentibus Wenceslaus filiolus. Quæ quidem res ea Cæsarem affecit lætitia, vt propius accederet Bohæmiam & tam filiam, quam generum ad se in ciuitatem Egram seuocaret, vt cum illis festa S. Baptismi, caritia veteribus dicta per munera & couiuia familiariter agitaret. Data ita dotem illa ipsa Egra Wenceslao & insuper arces complures in Misnia & Lusatia quarum Cæsar per mortem principis Misniæ liberis orbi, dominus factus erat, Hic postremo honor eidem habitus, vt ibidem Regalia certis in locis à Cæsaribus in Reges Bohæmiæ proficiscentia, Cæsar solemniter in Wenceslaum transferret & iuberet in acta publice referri, quod Rex Bohæmiæ Electoribus Imperii, sine vlla ambiguitate perpetuo adnumerari debeat, pocillatoris nomine, quod quidem ius in hunc diem Reges Bohæmiæ incolume obtinent. Huic Zaccisius supranominatus vsque ad mortem cum suis complicibus struxit insidias, sed ille non ignorans, quod qui se committit adiutorio altissimi illius tutelam suscipit Deus, ne incidat in laqueum venantium. Tali autem sedulitate, quotidie Rex protectioni Dei se commendauit, vt nullum plane diem transire passus fuerit, quo nõ diuina sacrificia cum Dei sacerdote celebrauerit, taliq; animi intentione, vt nullius interpellatione preces suas interruperit ac tanta instantia, vt sæpius cum orationis domum primus ingressus esset, vltimus post sacra omnia peracta egrederetur. Duos vero ante matrimonium continuos annos cilicium, quod castigandi corporis gratia induerat, non exuit. At ieiunium, qua cepit abstinentia etiam maritus perpetuo seruauit. Tandem laqueus conspirantium contritus est, & Rex liberatus, coniecto in carcerem Rauisio, qui postquam dotales Reginæ arces licet inuitus restituisset, vna cum Czenconeaffine suo capite mulctatus est. Paulo post Ladislaus Vngarorum Rex conscius coniurationis, à Cumanis gente sua miserabiliter interemptus est. Henricus autem Vratislauiensis princeps & ipse insidiarum particeps, veneno sublatus, eiusq; principatus, per transactionem ab Ottogaro factam propriã successionẽ qui prior decederet sine laboris, ad Wenceslaum deuolutus est. Casimirus etiam Oppoliensis Dux se ditionemq; omnem suam cum populo subiecit. Factus tandem Rex Poloniæ, cuius vices Thobias Episcopus ibidẽ gessit, ac Gnesnæ à Iacobo loci Archiepisco inauguratus, inunctus & coronatus est. Groslos Bohæmicos primus cudi fecit, accitis è Florentina monetariis. Voluit iura Regni condere & vniuersitatem; sed neutrum Bohæmi probarunt, quod haberent à Premislao & Libussa iura defectum autem possent supplere ingeniis suis. Deinde Vniuersitatis prætextu Germani venirent, occuparent terram & difficulter possent eliminari. Monasterium aulæ regiæ magnis sumptibus erexit, quod post coronationem suam fecit consecrari, primumque posuit lapidem cum Gerardo Archiepiscopo Moguntino etiam Conrado Abbate primo illius loci: magnifique honoribus & muneribus omnibusque necessariis monasterium locupletauit. Aspernatus Regnum Vngariæ, Wenceslaum, quem Vngari Ladislaum vocarunt, illis concessit, quem tandem iisdem eripuit, quod nomen Regis inane haberet, illi autem dominarentur. Post coronationem Elisabethæ coniugis suæ, quæ facta est in Ecclesia S. Viti die Sancti Spiritus, celeberrimum instruxit conuiuium, è quo vnum sibi reseruauit

poculum ex quo ipse & Regina solum biberant, reliqua omnia Ecclesiæ S. Viti donauit. Tandem ex tussi & pituita, quæ molesta accesserat, cuius causa & ruri habitare cœpit, Pragam reuertens, finemque vitæ appropinquare præsentiens, ad deliberandum se de Regno Dei quod intra nos est, dum adhuc viuimus, dedit. Accersitis igitur presbiteris maxime vero Conrado Abbate prænominato, confessario suo, vt ea quæ morienti facienda incumbant, adimplerentur, petiit vt post mortem corpus suum veste conuersi fratris induat, ritu Cisterciensi, & in loco sepulturæ eorum, vel viliori, quod se agnoscat indignum cum aliis bonis Christianis propter peccata sua conquiescere, tantum sepeliatur intra septa monasterii. Item vtut ipse cum fratribus suis illi misericordiã apud Deum post mortem impetrent, sequenti die vocatis proceribus filio dixit. Tibi commendo fili mi regnum meum, cum sis filius meus naturalis, tu sedebis in solio meo & regnabis. Time Deum, & Ipsius mandata diligenter serua, commendat illi curam consummandi monasterii aulæ regiæ in honorem Natiuitatis beatissimæ virginis Mariæ conditi, vt eum Deus conseruet ab omni malo sicut & ipse conseruatus est & hoc quidem sub iuramento debuit promittere, prout & proceres Regni quod filium velint tanquam Regem fidelitate amore & honore prosequi: Postremo ordinauit vt Ecclesiasticis pro sepultura honorifice solueretur. Valeque filio dicto & omnibus circumstantibus, rursus ad deprecandum Deum cum presbyteris se conuertit, orans vsque ad extremam vitæ horam.

Wenceslao Wenceslaus filius successit, egregius facie & constitutione corporis, disertus præterea & multarum linguarum peritus, erga homines omnes præcipuè tamen Ecclesiasticos affectus, cultui diuino deditus, intentus precibus, etiam quibus Sacerdotes obligati sunt, misericors item, gratiam tamen apud suos nullam habuit. Qui dum Olomutii in domo Decani Cathedralis (vbi hospitium habuit) solus & nec dum integre vestitus perambulat, tribus vulneribus confossus, duodeuiginti annos natus interiit. Ignoratus est necis author, quamuis Conradus quidam eques Thuringus, cruentum gestans gladium, exire regiam visus fuerit. Condoluit omnis populus & ipse Poloniæ rex, contra quem iam tum exercitum instruxerat: sepultus est in monasterio aulæ regiæ, vbi pater est reconditus.

Venerat forte eo tempore Pragam Dux Carinthiæ Henricus, cui altera ex sororibus Regis, nomine Anna, natu maior, iam pridem nupserat. Hunc Bohæmi sibi Regem deligunt. Sed quia male administrauit Regnũ, Bohæmi miserunt ad Cæsare Henricum sextum Legatos suos, vt hunc amoueret & filium suũ substitueret, Considerans Cæsar cum Primislai primi cesserat genus, ad ipsum de iure deuolutum Regnum, & ita consensit, vt filius suus Ioannes cum Elisabetha filia quondam Wenceslai Regis, matrimonium contraheret & regeret & sic Henricus cum vxore & rebus suis nocturno tempore Pragam tacite egressus est. Rex itaque domi pacem, expulsis hostibus introduxit, foris multa & diuersa prælia gessit, vt & oculum alterum in Lituania amitteret, alterum postea ex infirmitate, multas gentes sibi subiecit, adeo armis belloque erat omnibus formidabilis: Et propter filium Carolum, qui quartus dictus & Imperator factus, se superstite laudem promeruit. Nouum in Bohæmiam vectigal inuexit, nullo rerum promercalium genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret, vocauitq; germano nomine, cum Bohæmicum non haberet, Ungelt/ quod vacuum faceret pecunia marsupium. Sed hoc eius factum Bohæmi in hunc diem laudibus prouehunt, quod Tabularia in Regno instituerit, in quibus tabulæ, hoc est actus publici instrumentaq; & litteræ tam emptionum quam venditionum continentur, vt secura suorum bonorũ cuilibet libera & perpetua esset possessio, quippe summi Magistratus tabulis custodes adhibentur. Tactus Religione, miratusq; vitam Carthusianorum asperam, per quam corpora castigarent & in potestatem suam redigerent, Carthusianos nunquam antea in Bohæmia visos, Pragam condito illis templo & bene dotato adduxit. Cæcus licet Philippo sexto Regi Galliæ contra Anglos cum filio & exercitu suo auxilium tulit, vbi & periit, Bohæmis dies S. Ruffi, quo die pugna fuit, atra est, vt quæ alterum videlicet iã Regem bellicosissimum illis abstulerit, prius Ottogarum, nunc Ioannem. Quamquam nõ defuerũt, qui illa nescio cui fatali legi asscriberent, quę vt vitę simili vtrumq; alligauerit, ita per mortem quoque illos similem coniunxerit, Pariter enim vterque laudis ex bellica virtute erat appetens, parique audacia in periculis confidens, pariter item mortem pro gloria contemnens nec nisi in vltimo bellorum actu à fortuna vterque destitutus.

Carolus prius Imperator quam Rex declaratus. Conuenerant enim Francofordiam Electores, excepto Marchione Brandenburgo vti Cæsaris filio & Antistite Moguntino Henrico à Wirnberge, quem Romanus Pontifex, quia eidem Cæsari adhærebat, exauguraust, cæteri omnes vna cum Rege Bohæmiæ Ioanne atque ii vna voce Carolum diu renitentem, Regem Romanorum consalutarunt; Et quando non satis tuto aditi locus posset, quem Aquisgranum vocant, Bonnam Coloniæ Aprippinæ vicinam Electores deflexerunt, ibique Carolum solemni more coronarunt. Is cum patre in Bohæmiam reuersus, non aliter illi, quam priuatus olim officia omnia exhibuit & ad nutum illi semper præsto fuit. Nomen huic Carolo in Baptismo Wenceslaus fuit, quod in confirmatione à Carolo Francorũ Rege, mutatum est, apud quem pueritiæ rudimenta peregit. Pietatis suæ multa monumenta reliquit. Nam Romę egit cum Pontifice, vt Episcopus Ernestus in Archiepiscopum, exautorato vt diximus, Moguntino crearetur & sic Episcopatus in Archiepiscopatum exaltaretur. Subiecto suffraganeo Blomucensi & Litomislensi, vtque Prælati Ecclesiæ Metrapolitanæ sub infulis ministrarent Archiepiscopo sacra facienti: quo mortuo aut absente etiam Nuncio Apostolico Episcopo scilicet, ipsi sub infulis possint sacra facere, & qui ministrarent; Vsus autem infularum Prælatis esset proprius. Veteri Pragensis templa, cui & decor & amplitudo deesse videbatur, noua fundamenta circumposuit, decimamque argenti partem ex montibus Cuthnensibus prouenientem pro ædificio futuro assignauit. Interea & viginti quatuor ministros templo assiduos, quos ideo Mansionarios vocabat, instituit, illisque largos sumptus destinauit, vt per vices diu noctuq; Deo hymnos laudesque decantarent cum paulo ante opibus adhuc priuatis, sacellum elegantissimum in eadem arce Pragensi permissu patris in sacello omnium sanctorum ædificauerit, lecto in id descriptoque cætu Sacerdotum honestissimo. Præterea scholas publicas instar Parisiensium erigi curauit, illarumque Cancellarium Archiepiscopum instituit. Deinde ab Archiepiscopo suo vna cum vxore sua Blanca coronari; corona quam ex auro & vnionibus fieri iussit pretiosissimam, (lapides prætiosi erant centum & duodecim) in maxima hospitum clarissimorum celebritate voluit, atque omnes hospites magnifico epularum apparatu, & insigniores præterea muneribus prosecutus est. Coronam tandem Prælatis Ecclesiæ asseruandam concredidit: hinc sacellum S. Wenceslai fortissime muniuit ex omni parte. Sic enim ad liberalitatem propensus erat, vt sæpius etiam vltro ad accipiendum prouocaret eos, quos munificentia sua dignos putauit, cum interim subditos nullo tributo, nisi iure sibi debito oneraret, illudque receptum non in sumptus superuacaneos & inutiles, sed ad redimendas arces à patre proceribus obligatas conuerteret, vt tum fecit, cum aurum coronarium in ipsa coronatione accepit, totum id ad creditores, qui arces possidebant, transferens, vt ex suis potius, quam ex alienis fructibus & censibus viueret. Hinc in re familiari constituenda valde prouidus, ne quem arcibus, vectigalibus, aurariis, argentariisque, agris insuper suis procurandis præficeret, nisi eum, qui diligenter, perspecte vtiliterque fungi sciret officio suo, ne quid per vllam socordiam aut imprudentiam eorum omitteret, quæ ad tuendam rem familiarem eandemque amplificandam deseruirent. Ob id Theodorici Cistertiensis Monachi opera, cuius in administrãda re familiari mira erat industria, libenter vsus est, quem postea fecit Magdeburgensẽ Pontificem. Primus Cæsarum nonnulla Euangelia etiã scripto interpretatus est. Sacelli S. Wẽceslai muros è solidis Lapidib. fieri fecit, Priuilegia insignia Regno, patriæ & Ecclesiæ Metrapolitanæ concessit. Nouam Pragam condidit & Carmelitis monasterium, arcem Carlsteinensem ex suo nomine Carlhouiense pariter & Tachouiense monasteriũ Slauorum in honorem S. Ieronimi. Reliquias insignes & raras Pragam attulit, quarum causa festum institutum feria sexta, post Octauam Resurrectionis Dominicæ, simul & mappam Christi in Cæna vltima vsurpatam, quam à Ludouico Rege Vngarię reconciliationis & pacis fœderis initi ergo accepit dono: alias reliquias ex Gallia & Germania collegit, vbicumq; potuit, Mediolani coronã accepit ferream. Vrbem Carolo ingredienti populus Romanus vniuersus lætissimus, occurrit, eo obsequio, quod præstari non nisi legitimis dominis solet. Ibi à duobus Cardinalibus Romam à Pontifice ad coronandum missis, vna cũ vxore Anna coronatus & Augustus appellatus est. Instant Romani, vt Augustus vrbẽ augustam, tanquã hæreditatem suam iure inuadat aut Romanos in antiquũ statũ restituat. Deliberaturum se ille respondet. Vrbeq; per venandi simulationẽ egressus, in castra tetendit, seuerissimũ inde mandatũ

mittens, vt finem tandem Romani, mutandis innouandisq; dominis imponant, memores Sacramenti apud Romanum Pontificem semel impositi: illud si violatum iuerint, aut si Legato etiam Pontificis rebelles fuerint, perfidia se illorum armis persecuturum, miniatur. Similes minæ præfectis renunciatæ, quos Cęsar Bauarus per Æmiliam & Pycenum regionibus Pontificis præfecit, si ciuitates Pontifici suas vltrò nun reddidissent. Dimissis auxiliaribus copiis omnibus, discessum deinde cum Bohæmis & Morauis parans magnis precibus à Francisco Gambacurta ex familia Pisanorum validissima rogatur, vt Pisas ad diuerticulū sibi notū & nuper haud ingratū diuertat. Nihil mali suspicans, Pisas remeat, & in domo Prętorio publico hospitio accipitur, cum summa eorum, qui cum Francisco conspirauerant perfidia qua mòx ad opprimendum hospitem Cæsarem vsi sunt. Primo ignē multa nocte Prætorio subdiderunt, cuius magnitudine prope fuit, vt Cæsar cum Anna coniuge amburetetur, opportunè Regiæ custodiæ assueti, ambos pene seminudos subductos, in aliū securiorem locum deduxerunt. Nocturna fraude non succedente, postera statim luce palā cum armatis in forū descēdunt & ad popularem tumultū concitandum exclamant: Cæsarem non vt hospitē sed vt manifestū incendiarium vrbē subiisse vt illam combustā Florentinis hostibus tradat, si ipsi tempus tradendi illum non acceperint: iam esse illū in manibus eorum, & liberū illis quicquid cum illo fecerint. Disclusis ponte fluminis hospitiis, Bohæmi & Moraui, qui cū Cæsare venerant, tenebantur, eaq; res longe maximam dimicationē attulit, dū Pisani transitū pontis Bohæmis prohibere, & illi vicissim illum vi superare conantur, vt Domino & Regi suo, obsidione in hospitio tum Ioannis Episcopi Olomucensi laborāti succurrant. Pro Pisanis multitudo erat sed incōposita & inordinata. At Bohæmis quātum de numero detrahebatur, tantum animi virtus nobilitasq; & vsus militiæ sup plebat (maior enim illorum pars ex procerib. & equestri ordine constabat) equestri deniq; procella victoria parta est, Pisanorum multo sanguine ex vtraq; pontis parte cadentiū antequā Franciscus caperetur, eoq; capto cæteri per tecta & tēpla dissiparentur, vetante Cæsare dissipatos insequi, sed cōfestim Frācisco torqueri iusso, vt cōscios ederet atq; authores tāti sceleris proderet. Authores Florentinos nominauit ac satis multos cōscios, sed de sex tantū Gambacurtis suppliciū sumptū reliquis vita cōdonata, nō gratuito, sed pro auro præsenti, ex quo militib. donatiuū distribuit. Sacrarū Reliquiarū inter ista non immemor, sed cum audisset corpus D. Viti à Regib. quondā Lombardię sepultū Papiæ iacere, Oratores suos ad Senatum Papiensem ablegauit, qui vehementer illū etiā atq; etiā orarēt, vt honoris sui gratia corpus illud donaret sibi. Hoc sibi gratius nihil fieri posse, quā vt integū corpus illius sancti assequatur, quē Bohemi pro numine tutelari colant. Facile Papienses voto Cæsaris subscripserunt. Cui p Alpes transeunti, maior etiā quam rumor erat, ædificiorū strages ex terræmotu facta, oculis occurrebat, ruinis, ruderibusq; passim obuiā iacentibus, quę sacra profanaq; loca misere etiā cū ipsis hominib. pstrata suggerebant. Aderant & superstites multi, casum suu magno cū gemitu deplorātes. Horū alios cōsolando, alios opē illis pollicēdo, alios subsidiū statim eis ferēdo, Carolus cōfirmabat. Veniensq; Pragā nouū velut genus vitę instituit, splēdidius videlicet quā antea, tū à sumptu, tū a cultu, & ab omni apparatu, nō qui ambitionis sed maiestatis potius terminos amplificaret, quę cū à magnitudine nomen deducat, magnum honorē magnāq; reuerentiā requirit, vt conspicua & venerabilis habeatur, quod sane absq; ornatu & cultu tā rerū quā hominū magnifico nō potest cōtingere. Ergo eius hoc ornamētū fuit pcipuū, vt in aula sua ornatissimos principes haberet assiduos. Ex domesticis Archiepiscopū cū Olomucensē & quē nup creauerat, Litomisliensē Pontificib. qub. mox & Brādenburgensē & Misneusē præsulē adiecit, vt Archiepiscopū Pragens. respicerent. Hinc domus Ducū variæ & magnificæ extructæ, instruxit ipse monasteriū S Catharinę & S. Ambrosii sub Wessegradensi arce. quā ille denuo muro, ppugnaculis, crebrisq; turrib. cinxit, pontē Pragensē restaurauit vnaq; turrim magnificā superposuit. Prędones miro artificio sustulit, ordinauit multa pręclara in Bohęmia & opificib. insignia cōtulit. Collegiū Carlsteinēse fundauit, tabulas regni restituit, sepulchrū S. Wēceslai auro & argento exornauit: In monasterio Oppatouicēsi sub secreto vidit thesaurū inexplicabilē sub terra à fratrib. iuratis sibi soli monstratū, vbi & annulū magni prętii dono accepit, (licet omnia suæ potestati subiicerentur sed propter Deū noluit) qui & illi sepeliendo relictus fuit, tamen non inuentus, quando noua tumba Cæsarea extructa fuit, prout & ego animaduerti, ille autem propemodum totus erat incorruptus, Mœnia Pragensia, famis tempore per operarios iusto precio fecit erigi, & magnum

affectum

affectum erga Pragenſes ſemper exhibuit. Diſſidentibus in Imperio Electoribus, approbante ſenatu principum frequentiſſimo, decretum Carolus promulgauit, quo gradus poteſtasque principum & aliorum ordinum ita diſcreuit, vt nullus de iure ſuo tanquam imminuto queri potuit ſed contra potius, vt tenuiores cum potentioribus ſe quodammodo æquari gauiſi fuerint, ſic item vetera Cæſarum de eligendo Rege Romanorum placita reuouauit, vt in hodiernum diem Carolina ſanctio, de mandandis ſuffragiis, ſola apud principes vigeat & conſeruetur. Præterea alia quæ ad bonum ordinem in Repub. pertinent, magna induſtria & fœlicitate ſanciuit. Reuerſus in Bohæmiam Wenceslaum filium ſeſquiennem coronari fecit, & auro in fodinis abundauit. Auinionem proficiſcens ab Vrbano quinto obtinuit Archiepiſcopo Pragenſi vt ſit Legatus natus & pileum rubrum Legati vt ferat, prout adhuc pileus ille in Eccleſia Pragenſi aſſeruatur in ſacello S. Erhardi & Ottiliæ, & ex Aganenſi monaſterio S. Mauritii corpus S. Sigiſmungi ſecum detulit, multis miraculis apud nos clarum, cuius cauſa & patronus Bohæmiæ colitur. Monaſterium Ouin in honorem beatiſſimæ virginis Mariæ & S. Wenceslai, pro fratribus Celeſtinis à Papa Celeſtino nominatis (quod poſtea à Ferdinando Imperatore datum eſt patribus ſocietatis Ieſu) fundauit, portas veteris Pragæ & turres antiquas deiicit, vt Pragenſes poſſint concorditer, quando vellent, conuenire, pingi fecit ſacellum S. Wenceslai & conſecrari, auxit Regnum Bohæmiæ: Ipſius conceſſione corpora Ducum & Pontificum Bohæmiæ in Eccleſiam Pragenſem aliunde ſunt translata. Iutulam S. Eligii donauit aurifabris quam illi mire arte ſua & auro illuſtrauerunt. Filium Wenceslaum admonet, vt ſicut ipſe incepit, ita ille proſequatur Danubium cum Multaua coniungere, ſuſceptam perſonam Regis ſane magnam & difficilem magnanimiter gerere, nullis difficultatibus facile ſuccumbere, & cum habeat pacem foris amicitiam, domi abundantiam, ab omni otio & voluptate ſibi cauere, laudatam ab omnibus humanitatem ſuam, comitatem adeundi & audiendi facilitatem, atque alia faſtigio minime contraria conſeruare. Promittentem dicto paterno audientem futurum à ſe dimiſit, atque intra breues dies vltimum vitæ cum ſumma gloria actæ, finem clauſit anno 1378, die 27. Martii, Pragæ in templo D. Viti conditus. Iudicio meo dico, quicunque voluiſſet gloriam Regni Buhæmiæ videre, tunc ſane vidiſſet.

Wenceslaus filius degener qui Norimbergæ mingens in fontem ſacrum & aram alui fimo ſub coronatione polluens, actionum ſuarum futurarũ ſpecimen dedit ignobile. Fuit enim vitæ diſſolutæ neque Regni neque Imperii habens curam, longe diſſimilis patri quoad affectum erga patriam, ita vt prædonibus liber pateret reditus. Euocatus in Germaniam ab Electoribus, reſpondit Legatis inconſideratiſſime. Se quæ in Germania ſibi peragenda fuerant, pridem omnia negotia confeciſſe, Regno Romanorum legitime ibi inito, nec in præſens videre quidquam ſupereſſe, quod è re ſua iſtic agat. Si quis princeps eſt, qui opera ſua indigeat. cur ille ad Regem ſuum potius non veniat, quam Rex ad illum? Exinde & ille contemptus fuit ab omnibus. Scortator ipſe mergit Ioannem Reginæ Ioannæ confeſſorem, ſecreta delegere recuſantem, de quo in hoc opere alibi: Item & ſuffraganeum, quod Adalbertum Monachum Abbatem Cladrubienſem introduxerit: Pro vt & voluit duos Canonicos ab Archiepiſcopo miſſos, cur ſuffraganeum aqua feciſſet mergi, in flumen coniectos, niſi interceſſione aulicorum in cuſtodiam ſaltem fuiſſent detruſi. Qui cum exirent, alter illorum gratias egit Regi de carcere adiciens vaticinando, ſicut nos duo fuimus in carcere, ita tu bis captiuus eris, ſemel hoc anno, deinde altero. Et quia nos quadraginta horis fuimus in ergaſtulo, quadraginta diebus tu in anguſto carcere detineberis. Qud ſi Deus te ſingulariter non conſeruaret, perires ibidem. Factum eſt hoc ipſum, & ſemel ambubaiæ vel lotricis in balneo ope per lintrem ſaluatus eſt; Pragæ & Viennæ iterum piſcatoris induſtria. Senatores multos vel inuitatos ad ſe, poſt menſam, vel etiã non inuitatos per compatrem ſuum Carnificem, cuius filium Rex in baptiſmo leuarat, decapitari iuſſit. Annus forte tunc milleſimus quadringenteſimus a natali die Domini numerabatur, ludis quondam ſæcularibus deſtinatus, quando vno ſeculo, hoc eſt, cẽtum annis ſemel Romani illos pro ſalute ſuorum ædebant. Romanis deinde Pontificibus (vt a Bonifacio octauo) meliore auſpitio in Iubilæum cõmutatus eſt, vt in eo omniũ peccatorũ eſſet remiſſio. Cuius vt Pragæ quoq; Wẽceslaus eſſet particeps, à Bonifacio nono impetrauit, vt ad Romanum modum domi illum conſecratum haberet, celebrauitq; magna religione ac mira hominum multitudine, quæ non Iubilæi ſolum verum

etiam reliquiarum venerandarum gratia Pragam confluxerat. Hactenusque recepta semel a sede Apostolica, a Bohæmis Christiana Religio cũ omnib. ceremoniis inuiolata inconcussaq; in Bohæmia perdurauit. Tandem cum Pragensib. & aliis benignum se ostẽdit, illorũ in necessitatibus suis fidẽ et operam requirens. Sub illo plus quã quadraginta millia studiosorũ & Doctorũ intra octo dies Pragę in alias terras exiuerũt, eo die Dominico qui est ante festum S. Wenceslai: atq; in memoriã rei illius per totam Pragã Encænia, vsq; modo celebrantur, Concilium Constantiense vt Bohæmos ad resipiscẽtiam bonis modis perducat, sed parum effectum est, sicut & in Basiliensi, ita vt in hodiernum diem Religio Catholica plurimũ patiatur. De Bohæmiæ glória & ruina sic habet Pius II. Nullum ego regnum ætate nostra, tota Europa, tã frequentibus, tã angustis, tam ornatis templis dotatum fuisse quam Bohæmicum reor. Templa in cælum erecta, longitudine atq; amplitudine mirabili, fornicibus legebantur lapideis, altaria in sublimi posita, auro & argento quo sanctorum tegebantur reliquię onusta, Sacerdotum vestes margaritis tectæ, ornatus omnis diues, pciosissima supellex, fenestræ altæ atq; amplissimæ conspicuo vitro & admirabili operæ, lucẽ præbebant. Neq; hæc tantum in vrbibus & oppidis sed in villis quoq; admirari licebat. Nunc igitur ruinã illorum, nihilo minus mirabilem & magis profecto miserandam, stylo celeri percurremus, nec enim in re calamitosa diutius immorari iuuat. Hæc ille. Nos quia Bohæmiam piam scribimus, nolumus de persecutione Religionis & Ecclesiasticorum plura subnectere, neq; de interregno; quædam enim hic inde in hoc opere inueniuntur. Mortuus est Wenceslaus Apoplexia propter iram.

Sigismundus Vngariæ & Poloniæ Rex, Imperator adhuc superstite Wenceslao ignauo delaratus qui Concilio Basiliensi adfuit assiduus linguarum & maxime latinæ peritissimus, cuius causa etiã principes Germaniæ admonuit, vt filios suos ad studium linguæ latinæ adigerent indictis comitiis Zaslauiæ multa proposuit, quæ Regno videbantur salutaria, armata manu Regnum sibi vendicauit, & coronam accepit, sicut & postea coniux sua Barbara, quæ regio diadẽmate è templo S. Viti ad aulam suam per plateas vecta magnam vim pecuniæ dispergi curauit. Deinde in Comitiis, quibus ipsa præfuit, nouos senatores, nouumque iuramenti modum constituit, illos admonens & rogans, vt tum pauperi quam diuiti iustiam administrent. Cumque post multa in Imperio Vngaria & aliis terris præstita indixisset conuentum Ratisbonæ, ibique necessaria inter principes transegisset, è Ratisbona Pragam cum Philiberto Pręsule, quo Religionis in Bohæmia restaurandæ consultore vtebatur, remeauit, auxitque magno cũ studio rem diuinam & ab exilio Sacerdotes reuocauit, eos præcipue, qui templo D. Viti, in quo Cathedra Archiepiscopi continetur, erant consecrati. In hos annua sex millia aureûm nummûm de visco suo (nam bona eorum omnia tunc fuẽre direpta) distribui iussit. Sed & aliorum in aliis templis degentium inopiam, pro conditione cuiusque de ære suo subleuauit, frementibus præ inuidia præuaricatoribus, & id clam palamque agentibus, vt nouum Cæsari odium concitarent, si non valetudo illa præoccupasset, per quam factum fuit, vt nulli amplius negotio maiori animum accõmodaret, sed medicis tantum & amicis operã dabat de successore Alberto, cum illis disserens. Eludebat namque Barbara Ciliensis Reginæ coniugis suę animalem libidinem, ambientis iuuenis Wladislai Poloni nuptias & conantis Albertum generum impedire ne Bohæmiæ regnum consequeretur. Sparso interim rumore (quasi etiam Hungarorum saluti melius hoc modo esset prospectum, si in Vngariam se reciperet cum illis) medicos loci mutationem ægroto suadere, si pristinam sanitatem vellet recuperare, ad diem suis dictum, cum iam arcẽ Pragensem bono pręsidio firmâsset, & à Philiberto pręsule Constantiensi obtinuisset, vt in eadem ad certum tempus remaneret, capillum canum, barbamque promissam de industria comit, sertoque viridi caput (quod crebro hilaris solebat facere) adornat, & ita lecticam vndiq; apertam, vt ab omnibus aspici, & ipse omnes spectare posset, conscendit, & per mediam ciuitatem deportatur iuxta præscriptionem suam, pręter Vngaros & nonnullos ex Bohæmia proceres, coniuge insuper ipsa & Comite Cilię illum comitantib. vsq; Znoymam Morauiæ ciuitatẽ: in qua labore itineris & morbo tandẽ fessus substitit. Ibi Barbaræ coniugi custodes additi. Vlricus aũt Comes ante ingressũ elapsus, carcerẽ euitauit. Adfuit mox Albertus gener Dux Austriæ Marchio Morauiæ & Rex Vngariæ, cũ quó multa secreto locut' socer, vocauit post Bohęmos. Morauos, et Vngaros in cõclaue suũ, palã indicãs, mortẽ ꝓ forib. adesse, tẽpusq; vrgere, ut vt mediũ tem-

tempeſtiue conſulant, quemadmodum Regna inter ſe pacata retineant, ipſique bona pace in illis perfruantur. Quod quidem nulla alia ratione commodius fieri queat, quã ſi in vnum Regem conſpirent, qui & regnare eſſet idoneus & pacem tueri conſilio atque opibus poſſet, qualem Dei munere Albertum haberent, vtroque regno, etiamſi gener nõ eſſet, digniſſimum. Nunc vero hac neceſſitudine accedente, plane nefas eſſe præterire eum qui vtriuſq; Regni hæredem in matrimonio obtineat. Sic ſe ante quinquaginta annos Regnum Vngariæ, ducta Maria hærede aſſecutum fuiſſe. Sic item Ioannem auum ſuum, in regno Bohæmiæ ſucceſſiſſe iure vxoris ſuæ, cui, vt nunc filiæ, Eliſabeth nomen fuerit. Sic etiam in præſens ſperare, quod non ad alium, quam oportet, honorem hæreditatis ſint tranſlaturi. Annuentibus vltimæ voluntati qui circumſteterant illamque referre ad ſuos pollicentibus, æquiſſimo inde animo vita exceſſit. Princeps liberaliſſimus, humaniſſimus, prouidentiſſimus, qui tamen meliori in omnia ingenio & animo, quam fortuna & fœlicitate vſus ſit: Corpus eius Varadinum quemadmodum ſuperſtes iniunxerat, elatum, proſequente inter alios funus, Barbara vxore captiua, ne quid eo temporis ſpatio per eam nouaretur.

Albertus Dominico die qui fuit SS. Petri & Pauli à Philiberto Conſtantienſi Epiſcopo fuit inauguratus nec conſenſit in ea, quæ Bohæmi prius à Sigiſmundo contra Religionem Catholicam perperam pefierunt. Imperialem præterea coronam ipſi Alberto in conuentu Francofortenſi ſuffragatores principes adornabant, vt ſicut in Regnis ita & in Imperio Cæſari Sigiſmundo ſuccederet. Hic pro Vngaria contra Turcas multa præſtitit, & Barbaram Sigiſmundi vxorem è cuſtodia dimiſit, cum qua de oppidis regni dotalibus tranſegit, & ex immodico peponum eſu dyſenteriam cõtrahens, mutanſq; locum & aerem vt Viennam peteret, haud procul à Strigonio in pago quem Longum cognominant, vltimum reddidit ſpiritum cum nondum toto biennio imperaſſet. Magnus plane futurus Imperator, ſi vita contigiſſet longior, qui tã breui tẽporis ſpatio, tam multa & præclara geſſerit. Exequiæ illi ab vxore Eliſabetha prægnante, Regio apparatu in Baſilica Albę Regalis celebratæ, ibiq; corpus conditum. Bohęmi quoq; fideiſſores in tẽplo Lętę curiæ exequias fecerunt celebrari pro anima Regis ſui, omneſque munus offerre ſupra altare. Et quia damnabant offertorii conſuetudinem Sacerdotes hæretici, ſenatus iuſſit partem offertorii pauperibus, partem Scholaſticis diſtribui.

Ladiſlaus Alberti poſthumus Vngariæ Rex, quartum menſem agens à Dioniſio Strigonienſi Cardinali coronatus, per factiones multas Bohæmorum quorundam impediebatur, ne coronam Regni Bohæmiæ obtineret, ideoq; ad Fridericum Imperatorem miſſum, vt ille Regnum reciperet vel tutelam. Qui reſpondit. Alii viderint, quid illis aduerſus ſanguinem ſuum liceat; ſe nihil in filium patruelis facere poſſe, quo ius neceſſitudinis & officium ſuum expleat, niſi vt illi paterna regna pro virili conſeruet ac reſtituat, ne dum illi aliquid adimat. Nec tutelam regni ſe recipere, ſed curam illam Bohæmis delegare, qui vt regni commoda & incommoda notiora habeant, ita vtriſq; ſe melius conſulere poſſe, relaturi olim à Domino ſuo bene aut ſecus adminiſtratæ tutelæ gratiam aut odium. Illi tamen Georgius Podiebradius multas à principio vſq; ad finem ſtruxit inſidias, ſicut & Vlricus Comes Ciliæ Adminiſtrator Regni. Sed vt laude digna commemoremus, Ladiſlao nobilitas Bohæmorum cum Pragenſibus ad fines Bohæmiæ obuiam progreſſa, iuramentum ei de more offert, quo præſtito, capita dein libertatum ab omnibus ordinibus miſſa exhibet, ſubmiſſe orando, vt illa de regia Clemẽtia & liberatitate rata habere & approbare dignaretur. Benigne reſpõdet adoleſcẽs, ſe, quæ pater auusque ſuus Bohæmis indulſerint, cuncta illis integra præſtare & confirmare velle, ita vt de ſe nemo iuſte queri poſſit. Agunt gratias Bohæmi, gratulabũdiq; regem comitantur ad ſedem regiam, omni commeatu inſtructiſſimam, vt tanto lautius hoſpites, qui ad ſolemnem coronationis diẽ, inuitati erant, acciperentur. Scribitur Bohæmos in eius ſumptus ſuorũ quiſquis cenſuum tertiam partem cõtuliſſe: Ex ea pecunia coronationis ſolemnia peracta, ſupportata curiæ onera, nonnulla coronæ caſtra redempta, quæ vel Georgio Podiebradio vel amicis eius cõmiſere. In ipſo introitu vrbis Magiſter Rokizanus cum ſuis, officii gratia in conſpectum prodiit, regemq; ſalutauit, ſed cũ valde frigide Rex reſalutauit. Occurrente autẽ ex arce Pragenſi Sacerdotum cætu cum ſanctis Reliquiis, ipſos Sacerdotes hilari voce affatus, eſt, Reliquias vero veneratꝰ & oſculatꝰ ægre ferente aduerſa factione. Nunquã hæredicorũ Eccleſias quamuis ſæpe rogatus, intrauit, neq; ſacris eorũ interfuit. Cũq; Rokizanus ſacrã Euchariſtiã

in celebritate corporis Christi per vrbem deferret & Rex nullum reuerentiæ signum conspicatus per fenestra exhiberet, causam quærentibus amicis vt quid Sacramentum inhonestâsset respondit, Non me latet, diuinissimũ Christi corpus dignius esse, quã per me satis honorari possit, nec reuerentia mea gloriam eius auget, neq; dehonestatis decus imminuit. Verum mihi cauendum fuit, ne dum Christum honoro, sacrilegiũ præsbyterũ Rokizanum popularibus approbasse videar, quorum plerumq; mores pendêt ex principe. Nec illi me Deum comtempsisse putabunt, cuius sacratissimum corpus in Catholici præsbyteri manu summis honoribus semper prosecutum me vidêre. Et licet Rokizanus contendebat, vt si Ladislaus vellet Rex perdurare, illum faceret Archiepiscopum, nihilo motus Ladislaus dicebat Pontificem missurum Legatum, qui præsens inspiciat, an pacta Concilii Basiliensis à Sacerdotibus seruentur; illo comperto, facturum officium suũ, vt Bohæmis Archiepiscopum constituat, non qui hunc honorẽ ambiat, sed qui dignus officio illo existimabitur. Eo tempore Ioãnes Capistranus à Nicolao quinto Pont. Max. in Bohæmiam destinatus est. Erat rex magni animi, optimorũ Consiliorum & multa pro tuenda Rep. Christiana, Turcisq; euertendis secum cogitabat: sed incertę vanęq; cogitationes hominum. Dum insignes Oratores cum munerib. splendidis in Galliã pro spõsa Margaretha Regis Galliæ filia mittit, ea nuptias solennes apparat, quadã die tristis & illachrymans certã sibi mortẽ instare dixit interrogatus. Et licet fuerunt, qui cõsolarentur & licet cũ purpuratis solito more cœnârit, iturus cubitũ rapulas comedit, ex quibus dolorem sine somno sensit, nihil amplius medicis proficientibus per totã noctem, donec post sex & triginta horas, quàm ægrotare cepit, innocentem animam Deo Opt. Max. offerret. Sed & ipse Georgius prius conuocatus, percunctari ex Rege quid doleret, quid morbi esset, spem bonã præbere, ne sibi ipsi deesset, hortari peterat, quæcunq; vellet, omnia in arbitrio suo posita, mandaret parere cupientibus. Ad quẽ Rex tua mihi Georgi iam pridẽ cognita est fides, spectataq; virtus, per te Bohæmus vsq; in hunc diem me Regem appellauit. Speraui me potiturũ Regno, quod ipse paraueras: nunc contra iubent superi. Mihi moriendũ est, regnũ in tua manu erit. Duo ex te peto: alterum, uti prouinciales iuste regas, pupillis, viduis, imbecillisq; rectũ iudicium patrociniumq; ne subtrahas: alterũ, vt qui me secuti sunt ex Austria cęterisq; prouinciis, in patriam suam inuiolatos remittas. Hoc mihi supremũ beneficiũ ne deneges. Præmaturas Regis cogitationes Georgius esse respondet: Futurum breui sospitem, ex suo arbitrio regnaturum, desineret ea proloqui, quæ & sibi incommoda & aliis forent molesta. Tum Rex apprehensa manu. Aie inquit, promitte, quod cupio, nam me mori certum est. Si feceris, quæ iubeo, Deũ propitium tibi reddam. Neq; enim ita vixi, vt cœlũ mihi negari putem: pro cœlestibus terrena relinquo: tu caue postulatis aduerseris. Non potuit tenere lachrymas Podiebradius, deditq; fidem se factũrũ, quod Rex imperâsset. Finito sermone, intromissis Sacerdotibus, de curatione animæ actũ. Christiano more sacramenta exhibita. Rex ornamẽta sua Ecclesiæ Pragensi legauit, iussitq; crines in auri modum fulgentes, ne qua superesset vanitas, amputari. Id ministri causas moræ vertentes neglexêre. Vbi anima ægra amplius demorari non potuit, sacram candelam petiit, eamq; manu præhendit & intuens saluatoris imaginẽ crucifixi, orationẽ Dominicã dicere orsus, ad finem vsq; perduxit: pronunciatisq; vltimis verbis. Sed libera nos à malo, nihil amplius locutus, nõ extrema pati, sed quietem arripere visus, mortalis vitæ lumen reliquit. Ego cum haberem sub custodia mea corpora Imperatorũ Regumq; mortuorum, dũ noua Cæsarea sepultura in templo Metropolitano construeretur, & serenissimus Maximilianus Archidux Austriæ ordinis militum Theutonicorũ supremus Magister, &c. videret Ladislai corpus integrũ, & ex omni parte incorruptum etiam quoad vestimenta sacra, quibus indutus erat, caligas item & calceos, vngues excreuisse & per me brachiũ Ladislai moueri sine vlla difficultate, quæreret ex me de têpore & causa mortis suę, respondi mortuum anno millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo causam vero mortis Bohęmos asserere rapulas superdictas. Ad quę bonus princeps post paucum silentium & suspirium respondit. Deus in illo extremo iudicio declarabit, quæ causa fuerit.

Georgius Podiebradius à Kunstat inter reliquos competitores tanquam Bohæmus assuptus est, qui statim de sui coronatione sollicitus, sed vacante sede nihil effecit missi sunt igitur à Matthię Rege Vngariæ genero suo cui Georgius filiam in coniugem desponsauerat, duo Episcopi, Iaurinus & Vazouiensis in Bohæmiam qui munere illo coronandi functi sunt. Mortuus est quinto decimo die post Rokizanum hydropisi & se-

& sepultus iuxta Regum conditoria. Vidi in restauratione noui conditorũ caput duntaxat, quod adhuc habebat crines in syncipite: globus & sceptrum ex ligno mollia vti spongia.

Wladislaus filius Casimiri Regis Poloniæ adolescens in Regno successit. Confirmatus à Friderico Cæsare, cui erat coniunctus sanguine. Instituit Magistratum Pragæ, nouam monetam alborum grossorum cudi facit Cuthnæ, fit rex Vngariæ, & cum Matthia conuenit pacificè de dominiis, ex quo ille passus magnam redditũ iacturam Viennam expugnatam restituit Friderico Cæsari, expellit Praga & punit Sacerdotes contumaces in Religione Catholica, restauratur sacellum in curia veteris Pragæ, vt Senatores iterum ante consessum possint audire Missam sacram, Cuthnæ celebrat Comitia ad faciendam in populo concordiam, statuitq; ne sint Comitia inter Catholicos & eos qui sub vtraq; communicant, & vbi nunc est parrochia Catholica vt semper successores parrochi asciscantur Catholici, dic etiam vbi sub vtraq; communicatur, contrarium facientes iudicio Regis puniantur: Coronatur postea Rex Vngariæ & & reuersus Pragam magno applausu excipitur, eoq; magis quia absente illo omnia tam sacra quam prophana miscebantur: Rex in arce nullum prius, quam templi D. Wenceslai tectum subiit. Deo gratias agens, tanquam salutis suæ prosperitatisque authori. Mox ad referendam gratiã deflexus, multã vestem sacram pretio, sanguine multa tapetia variis coloribus picta vim præterea magnam auri & argenti templo dedicauit, acutis artificibus, qui diuorum reliquias ac præcipue sanctorum patronorum capita, thecis vilioribus inuoluta, cælato argento includerent, & desuper inaurarent. Et vt cultus quoque diuinus in templo adaugeretur, chorales 12. instituit qui in templo hymnos Deo die noctuq; psallerent, atque vtroq; tempore dum per otium licuit libenter illis interfuit, vt Religionem sanctis vocibus psallerer, pasceret, spem erigeret, fiduciam in Deo figeret, simulque oraret pro rerum quiete, quam tantum dilexit, vt quoties vel cubitum iret, vel è lecto surgeret, nulla alia eius vox audiretur, nisi de pacem Domine in diebus nostris. Vidit ille nocte quadam media dum in Oratorio suo Deo seruiret SS. patronos 4. Vitum, Adalbertum, Sigismundum, Procopium vestitos more solito accensis facibus è choro descendentes ad sacellum S. Wenceslai cantantes Responsorium. Isti sunt Sancti. Ex quo & chorales instituit & illis imposuit, vt absolutis matutinis precibus descendendo è choro ad idem sacellum, idem quoque Responsorium canerent, quod nunc fit absoluta prima & hoc certis de causis. Mortuum hunc Regem tanquam virtutum omnium præcipue vero pacis amantem tota Praga defleuit. In illo enim erat pietas summa, clementia singularis, amor in sibi subiectos ciuilitas insignis, mirifica ab alieno abstinentia, & vt dixi, pacis studium incomparabile.

Ludouicus à patre ex Vngaria Pragam adducitur triennium agens & Rex Bohæmiæ coronatur iuramento libertates Bohæmis confirmat. Magistratum instituit, omnes mutans, ne cum verecundia & pudore pauci eiicerentur. Tandem clade Mohaziaua in aquis Danubii mersus periit, corpus cura vxoris Reginæ inuentum & in Alba Regali sepultum. Adeo immatura morte sublatus est, annum ætatis nec dum vigesimum attingens si tamen moritur is, qui per gloriam, quam sibi ob pietatem apud posteros peperit, æternum viuit. Non defuerunt qui diem sancti Ruffi pugnæ Regum Bohæmiæ, vt ante diximus tristi omine infamem, necis Ludouici reum citarent.

Ferdinandus Ludouici sororem Annam multo ante in vxorem duxerat, filius Philippi Regis Hispaniarum infans, vtriusque Regni gubernacula excepit. Hic Carolo V. fratre sponte dignitatem suam Imperatoriam deponente, ipsi in Imperio omnium Electorum consensu suffectus, rei summam cum summa dexteritate tulit. Qui non solum in rebus secundis fuit animo moderato, sed etiam in aduersis constanti, vt fortunam, si quando iniquior esset sibi, vincere videretur. Qui cum aliis in rebus de Germania, Bohæmia, totaque Christianitate bene meritus est, tum quod tamdiu impetus Turcæ potentissimi ac truculentissimi hostis, solus sustinuit, eousque ceruicib. nostris depulerit, meritus est optimè. Egit hoc princeps piissimus perpetuo, in eoq; fuit plane totus, vt Imperii rebus, maxime propter Religionis dissidiũ languentibus, quocunq; modo mederi posset, quemadmodũ & euentus optimi Imperatoris consiliis etiam respondere tum videbatur, cũ concilium Tridentinũ, quã diligentissime ab eo promotum, fœliciter tandem absolutũ cerneret, priusquam hanc vitam mortalem

cum immortalitate commutaret. Illius fecimus mentionem honorificam vbi de S. Metropolitana Eccleſia locuti ſumus, interfuit illo ſacrificiis diuinis, offertoriis, proceſſionibus etiam Quadrageſimalib. ſolitis, benignus ad audiendum, clemens in iudicando, miſericors erga pauperes, affabilis erga Eccleſiaſticos & Religionẽ valde pius. Qui auteã Bullam condidit pro Eccleſia Metropolitana cuius ſumma hæc eſt. Statuebat enim ad ꝓpagandã diuini nominis gloriã ad augmentũ Eccleſiarum Dei & Eccleſiaſticorũ miniſteriorum conſeruationẽ in Eccleſiam etiã Metropolitanam ob ſanctas Reliquias & nomina beatiſſimorum patronorum ad honorem Dei & beatæ Mariæ virginis pro diuorum prædeceſſorum, ſua itẽ & Annæ Reginæ ſalute affectum ſuum conteſtari. Cũ vero ſciret ſe ſuosq; prędeceſſores, multa bona ad Eccleſias & monaſteria pertinentia, cum venditionis tum pignorationis titulo, etiam ea, quę à prædeceſſorib. ſuis Bohæmię Regibus oppignorata fuerant, partim adhuc magis grauando, partim hæreditariè poſſeſſorib. concedendo abalienaſſe, in prophanos vſus conuertiſſe, aliqua etiam ita oppignoraſſe vt vix aut ſero redimi poſſint, quod contra Turcam & Ducẽ Saxonicũ exinde captum, bellum geſtum, quædã etiã Eccleſiaſtica in proprios vſus conuerſa, vel gratificando bene meritis translata, ſano Conſilio aliorum etiã propria conſcientia ad reſtitutionem Eccleſiis faciendam, juxta omnẽ poſſibilitatem teneri ſe arbitrabatur. Sed incertum ſibi erat, quid vel quantum eſſet illud ad quod reſtituendũ eſſet aſtrictus, dictæque Eccleſiæ & monaſteria ante centum annos etiam à Ziska plurimum deſolata, ad reſtitutionem ſe onerabat & condemnabat, in quantum in pura conſcientia debitorem ſe vtrumque poſſet agnoſcere: ſi non in particulari, generaliter tamem Eccleſiis & Eccleſiaſticis, ea tamen conditione, ſi futuris temporibus maiorem ſumma ſe debere cognoſceretur ad ſatisfactionem ſucceſſores eſſent obligati. Itaque 14000. ſexagenarum annuarum ex proprio patrimonio deputanda ducebat, ſex millia ad reſtaurandum Archiepiſcopatum, præmiſſa abſolutione & diſpenſatione in defectib. Sanctiſſimi D. Papæ Pii IV. Pont. Max. Hac vtraq; authoritate reſeruabat ſibi ſuisq; ſucceſſoribus Regib. Bohęmię ſaluum ius patronatus & præſentandi Archiepiſcopum, vt eſſet Archiepiſcopus ſemper caput Eccleſiæ Metropolitanę ordinarius Sacerdotum Catholicorũ, neq; tamen ſe multis ſęcularibus negotiis, niſi quæ eũ Iuriſdictione ipſi Archiepiſcopo debita cõiuncta ſunt, immiſceret, ſed quę officiũ paſtorale cõcernerent. cõcionãdo, ordinãdo viſitando, reformãdo, Synodos celebrando per ſe & ꝑ ſuos exerceret. Cõcedebat etiã, ſi aliqua bona Archiepiſcopatus immobilia, illegitime, ſine cõſenſu Regis Archiepiſcopi aut Cleri eſſent alienata, ipſi proprio ſuo ære, iure Regni poſſent recuperare. Dabat domum in Ratſchano (S. Archiepiſcopo) eximebat oẽs domos Eccleſiaſticorum à Laicorum poteſtate, ſuffraganeo ordinabat 100. ſexagenos, ſi eſſet è Prælatis Eccleſiæ, ſi Abbas teneretur gratis. Canonicos itẽ duodecim volebat cũ Præpoſito excluſiue atq; inter nos, vt poſt præpoſitã, vtpote Decanus, Archidiaconꝰ, Scholaſticus, Prælati huiuſcemodi ab antiquo inſtituti, tales exiſterent qui dignitate cæteris emineant. Illud enim (aiebat in literis illis) quod à prædeceſſoribus noſtris Regibus Bohæmię S. memoriæ pie inſtitutum & ad nos in hodiernum vſq; diem deuolutum eſt, in omnibus & per omnia illibatũ atq; illæſum eſſe volumus. Nihil enim æque percupimus, quã vt huiuſmodi antiquę fundationes per noſtram hanc nouam piamq; inſtitutionẽ illuſtriores redderentur. Hęc ad verbum. Ex ciuitatib. Bohæmię Plznenſi, Põtenſi, Budniecẽſi, Lippenſi, Tinenſi & Nouodomẽſi, ſex Canonici tanquã honorarii & nõ reſidentes adiungerentur prædictis 12. Canonicis, quorum ſex ſingulis 40. ſexagenas pro viatico, ſi quando Pragam in negotiis vocarẽtur, decernebat Vicarii (uti Canonici) eſſent 12. Reſeruabat ſibi ius nominandi & præſentandi Archiepiſcopum ſic etiã Canonicos Eccleſiæ, vt ex trib. ſibi propoſitis perſonis ad minus Baccalaureis SS. Theologiæ & ſubditis Bohęmię vel in corperatarũ aut hæreditariarum ꝓuinciarum habili, Canonicatus cõconferretur, qui & conſiliarius eſſe poſſet Archiepiſcopi. Concionatores itẽ eſsẽt duo, ꝑſentati tamen ex Canonicis Germanus & Bohæmus, quorũ cuilibet cẽtum ſexagenæ pro labore additæ. Itẽ & Parrochus cuſtos Sacriſtianus. Director actuũ, Diuiſor Capituli & pręſentiarum, Fabricæ Magiſter chorales 12. ſemel in anno veſtiendi. Candelabra t..ænea. Capellarii, &c, Ad cuiuslibet Prælati & Canonici veterẽ prouiſionẽ præpoſito adiungebat centum quinquaginta, reliquis antiquis Prælatis vnicuiq; centum. Nouiciis Canonicis qui ex hac ſua inſtitutione originẽ caperent ſequentes portiones aſſcriptæ. Cantori 250. ſexagenæ, Directori actuũ 200. Fabricę Magiſtro 200. Diuiſori Capituli & ꝑſentiarũ annuatim 242. Diuiſor etiã Capituli & ꝑſentiarũ annuatim 400. ſexa-

sexagenas residẽtib. Canonicis secũdũ statuta & nouas ordinationes Archiepisci & Capituli, quas confirmãdas sibi deberet offerre so. triplices duplices & simplices distribuere debebat. Dotabat altaria S. Trinitatis. S. Spiritus S. Wenceslai prope venerabile Sacramentũ, ad tumbã SS. Adalberti, Sigismundi, Simonis & Iudę. Regũq; pro quolibet 56. sexagenę, cõsignatę. Singulis Vicariis 50. sexagenę, sed nouitiis iuxta cõputationẽ antiquorũ ꝓuentuũ singulis 135. Vicariis duobus, curam habentib. altariũ omnium, lampadũ, &c. cuilibet 12. sexagenę Organistę 200. choro illtarũ singulo 12. additæ pro & annuo vestitu rursus 12. vt & Campanatorũ cũ duob. famulis. Duob. Capellariis singulis 12. sexagenę. Pro fabrica ædiũ Ecclesiasticorũ mille sexagenę ex camera accipiẽdę, ab Archiepiscopo & Capitulo. Cui etiã obligati esse debebãt domos Ecclesiasticorũ, quas inhabitarent, reficere tempora vitæ illorum. Si enim hoc non fieret, aiebat, volumus vt impensæ huiusmodi refectionis ex bonis illorũ, successorib. post mortẽ relictis ante omnia defalcentur & restituãt. Ad fabricã tẽpli 300. sexagenæ & quicquid ex carentiis personarũ foret residuũ. Quo ad scholã pro pauperib. pro 30. pauperib. scholaribus, Ludimagistro, Baccalaurio & duob. cooperariis, vna cum Cantore sic quidẽ, Magistro ad priora 6 additę Baccalauren 40. cooperario 40. Cantore totidẽ. Oeconomo puerorũ ratione habitationis alimentorũ & vestimẽtorũ 50. sexagenæ. Coco puerorũ 24. famulo cõmuni puerorũ 24 Pro lignis 60. Cuilibet puero pro alimentis & vestimentis 24. Parrochiæ apud S. Benedictũ in Ratschano 100. priori apud diuam virginẽ in arena 100. Concionatori germanico apud S. Iacobũ 100, Monialib. apud S. Spiritum 100. Ecclesię Wissegradensi 100. Ecclesiæ veteris Boleslauiæ 100. Vtriuslibet tam Wissegradnensi q̃ veteri Boleslauię scholæ 50. Astantibus penes Ecclesiã Metrop. 100. Ecclesiæ & Scholæ miseri infirmi aut senes in superiori parte habitationũ Xenodochii Cæsarei ad sũmũ 12. alerẽtur, quib. simul ꝓ suis necessariis 300. sexagenę cõstitutę atq; annuatim hæc omnia Quod superesset vltra p̃fatã summã subleuationis ægrotorũ, cederet fabricæ S. Benedicti in Ratschano. Oeconomo Xenodochii, vxori itẽ & duab. honestis ancillis 80. sexagenę. Doctori medico Xenodochii, scholariũ, ministrorũq; Ecclesiæ 100. Chyrurgo 20 Director actuũ tãquã Eleemosynarius 108. sexagenas consilio Archiepiscopi & Seniorũ Prelatorũ Capituli, pauperib. distribuere debebat. Pro balneis pauperũ mẽdicãtiũ 20. sexagenę. Et isti annui pecuniari redditus debebãt esse ciuitatũ Regni Bohęmiæ, Marchionatus Morauiæ, Ducatuũ & Marchionatuũ vtriusq; Silesię & Lusatię ꝑpetui & hęreditarii Cereuisiarii ꝓuentus tanquã firmi & certi singulis annis, festis SS. Galli & Georgii distribuenti sine vlla mora. Sin minus Archiepiscopus & Capitulum facultatem haberet omnimodam p Camerarium & ꝑsonam iudiciariã, iuxta constitutiones Regni ex prouẽtib. dominiorũ suorum Chlumez, Brandeis, Piheroco, Lissa, Costoletz, id q, illis non fuisset solutũ hypotecario nomine desumere, donec q, a summa p̃tacta deesset, ꝑsolueret. Debebãt etiã Capsæ duab. seris diuersis munitæ, claues custodiri ab Officiali Archiepiscopi & Quęstore Regio, vt illi cereuisiarii reddit⁹ stato termino impos. & exolui his iisdẽ p̃sentib⁹, residuũ in regiũ vsũ cõuerti. Mãdabat officialib. Regni executionẽ admittẽdã, ꝓmouẽdã, nõ obstãtib quibuscũq; calamitatib. belli, incẽdii, seditionũ, direptionũ, euersionũ ciuitatũ, &c. & omniũ q̃ accidere posset. Eximebat p̃terea oẽs, quotquot hui⁹ erectionis forẽt participes, vna cũ reb. omnib. annuisq; cẽsib. à Berniis vel Steuris & omni exactione terrena. Hęc oĩa sub omnipotẽtis Dei & Regni Bohęmię indignatione. Quæ sic tabulis Regni insecta. Dabãt Pragæ in arce regia 25. mẽ. sept. an. 1562. Effect⁹ aũt horũ omniũ aut singulorũ ꝓpter absẽtiã & mortẽ eiusdem [illegible] issimi, nec in minimo secut⁹ est. Manet aũt & in hodiernũ diẽ fundatũ a se Requiẽ quotidianũ cãtatũ ꝓ remedio animę suę Reginę Annę & eorũ, q ex hac familia in Domino obdormierũt & multa singularia, singulis tẽplis collata beneficia vti in pauperes ẽt p Reginã Annã cõiugẽ pussimã. Hęc sufficient ꝓ hoc cõpẽdio Bohæmiæ piæ.

Maximilian⁹ Ferdinãdi Imperatoris fili⁹, princeps sapiẽs, iust⁹, moderat⁹, animo verè paterno, de publica salute ac pace ꝑpetuo sollicit⁹, vni⁹ ãni circuitu triũ Regnorũ regio diademate coronat⁹ est: q, (pręter Albertũ II. ei⁹ nominis) ex Austriaca familia serenissima, antea nemini cõtigit, adeo vt vel hoc ẽt nomine ter maxim⁹ princeps merito appellat⁹ sit: Cũ ex Rege Vngarię atq; Bohęmię Rex p̃terea Rom. inaugurat⁹, ac deinceps viuo ac p̃sente patre Ferdinãdo, Imperator salutat⁹ sit Frãcofurti. Hic p̃ter pietatis officia q̃ singulis dieb. in tẽplo & extra tẽplũ in Ecclesiast. orphanos viduas, desolatos, iudiciũ & iustitiã q; amphorãtes conferebat, cętera cũ Imperatori cellaria quasi diuidebat, vt dũ ille Imperator [illegible] suorũ maximis curis inuigilaret, illa interim pietatis Christianæ exercitiis inuigilaret, vt simul & pauperes lauare vestire, tẽpla indumentis sacris locupletare

Deo & proximo ſeruite ſimul dicerentur. Reſtant enim multa præclaræ pietatis monumenta, quæ in viuis condidere: nec ceſſauit in Hiſpania iam tum degens Imperatrix pro honore ſaluteq; tam ſua quam defuncti Imperatoris benefacere. Poſtea ſummam duodecim annis mira dexteritate omnium admiratione & ſatisfactione, Ratiſbonæ in Comitiis Deo animam & filio ſimul Imperium tradidit nomenque perpetuum poſt ſe reliquit.

Rudolphus. Patre ſapientiſſimo & Matre pientiſſima natus, virtutes Imperatorias hæreditauit ſimul & cum lacte materno pietatem illam Deo gratiſſimam imbibit in qua & in Hiſpania, quo cum fratre ſuo Erneſto à patre miſſus erat vna cum literis mirum in modum profecit, vt charus omnibus principibus Imperii & viris illuſtribus communi applauſu Rex Vngariæ & Bohæmiæ, viuo patre & Romanorum Imperator conſtitueretur, diſperſis nummis in ſignum lætitiæ Ratisbonæ, in quibus ſcriptum erat. *Conſentientibus votis* in vna parte, in altera menſa in qua inter ſex globulos ſeptimus erat exaltatus, & nunc tam Romanorum quam Bohæmorum Rex per 32. annos Vngarorum autem 35. quam feliciſſime viuit & regnat.

Hic nos hactenus in pace conſeruauit, à Turca potenter defendit, multis mirabilibuſque victoriis contra illum glorioſus, illius Maieſtatem & virtutes Imperatorias Perſa, Moſcus, Turca & exteræ gentes per ſuos Legatos exoſculatæ ſunt, quod nulli Imperatorum contigit: Hic tumbam Cæſareum in ſancta Metropolitana Eccleſia præclare inſtaurauit, templa aut de nouo erigi aut reſtaurari curauit, vt eſt Strahouienſe & proprium ſancti Rochi, Capucinorum & Franciſcanorum in noua Praga. Itemque aliorum per ciuitatem. Sed quid hîc immoror, tenebras potius quam lucem tantæ gloriæ afferam; aliud opus aliud acumen ingenii dicendique facundiam tantarum laudum vbertas rerumque geſtarum gloria iure ſuo optimo expoſtulat. Agendæ itaque potius Deo ſint gratiæ, quod ſummam rerum ad gentem hanc Auſtriacam detulerit cui domus nulla par eſt, ſola excelſior illa reliquis, ſola victrix & glorioſa. Quam Dominus Deus dignetur ſemper & aliique proſperare benedicere & conſeruare atque in primis patrem patriæ magnumque & auguſtum Rudolphum Cæſarem optimum maximum. Et omnis populus dicat Amen.

LIBER

LIBER III.

DE EPISCOPIS ET ARCHIEPISCOPIS.

DE METROPOLITANA ECCLESIA.

METROPOLITANA Ecclesia Pragensis, Ecclesiarum omnium Regni Bohæmiæ Domina & Magistra, (vt Carolus IV. ait & Wladislaus alibi) miris ac egregiis structuris insignisq; decoris ornamento splẽdidissima, in qua beatissimorum Martyrum & Patronorum regni Bohæmiæ, sanctæ Reliquiæ reconditæ, à Christi fidelibus, pro indulgentiis consequendis, cum summa veneratione deuotè frequentantur, vbi & diuinus cultus ac misteria salutaria Deo & Sanctis suis in dies à Clero offeruntur, & vt idẽ Carolus in donatione brachii S. Viti scribit, Tunc enim gloriosi Principes de quorũ alto sanguine traxisse nos constat originem, pro Christi nomine gloriosa subire certamina & pia colla iugulo submittentes, atrociter trucidati cęleste rosarium meruerũt sertis præsigniti roseis introire, nunc pro nostræ vigilantiæ regalis obsequium varia sacrata sanctorũ corpora, innumerasq; Reliquias longe lateq; per orbem collectas, fœlix meruit Bohęmia possidere, quę talib. ac tanta diuina elementia muneribus se præditã gloriatur. A primis annis itaq; huc vsq; à S. Sede Apostolica, S. Synodo Basilien. Imperatoribus, Regibus & Ducibus gloriosis, mirificis donationibus, gratiis, indultis & diplomatibus exaltata & exempta, pretiosissimis thesauris, pręterea sanctissimarũ Reliquiarũ, Imperatorum, Regum, Ducumq; ibi coronatorum & in spe resurrectionis in vitam æternam requiescentium. Cuius erectionem hæc sequentia verba supra chorũ consignata dilucidant. ANNO IESV CHRISTI. Saluatoris 925. S. Wenceslaus Martyr & patriæ Dux post martyrium amitę suæ S. Ludmillæ, primũ hic D. Vito Martyri templũ ædificauit. Quod S. Wolffgangus Episcopus Ratisponensis consecrauit. Anno 968. Boleslaus pius Episcopi sedẽ fecit, cuius secũdus Episcopus S. Adalbertus Anno 996. apud Prutenos, cũ S. Benedicto, Matthęo, Isaac, Ioanne & Christino fratribus Martyrio coronatus, Gneznaq; ciuitate huc trãslatus, peculiare sacellũ adeptus est, atq; Spitigneus Dux secundus Anno 1060. post S. Procopii obitum 7 è templo S. Viti ac item S. Adalberti vnum idq; augustius construxit. Sed cũ hæc Anno 1142 hostili arcis direptione corruissent, Rex Ioannes primus Anno 1344. chori huius fundamenta iecit atq; in Metrapolitanam Ecclesiam erexit. Filius autem Carolus quartus Rom. Imp. &c. D. Sigismundi regis & Martyris multorumq; sanctorum Reliquiis anno 1366. ditauit & muneribus auxit, quibus Rex Wenceslaus eiusdem Caroli filius anno 1392.. posteriorem huius templi partem adiecit. Dein casu publico anno 1541. exusta. Ferdinandus primus Rom. Imp. Hungariæ & Bohæmiæ Rex anno 1555. eandem instaurauit atq; ornauit. In qua sederunt Episcopi & Archiepiscopi, qui iuxta seriem breui narratione comprehenduntur.

DE DITMARO PRIMO EPISCOPO.

DITHMARVS *Saxo*, Canonicus regularis Magdeburgensis deuotionis causa Pragam ad tumbam S. Patroni Wenceslai veniens, atque Boleslao pio Duci Bohęmiæ, vel ob singularem suã doctrinam, vel potius ob Sclauoniæ linguæ peritiam innotescens, ab eodem, (explorata iam in aula Ottonis Cæsaris, vbi aliquãdiu vixerat, de diuino cultu instituendo ratione habitaq; à Ioanne nono summo Pontifice per Mladam sororem, iude sub velatione à Pontifice, eo quod barbarum nomen esset, Mariam vocatam, monialem S. Georgii, nominandi præsulis facultate, constitutisq; ad id necessariis) omnium Sacerdotum ad hoc conuocatorum voto & applausu, primus in Bohæmia nominatus Antistes, tandemq; à Moguntiuo Præsule suo Metropolite inauguratus, regalia ab Ottone Cæsare accepit, vt aurora virtutum, lucifer Sacerdotum & antesignanus sequentium Episcoporum præclara vitæ morumque innocentia suum cursum citius omnium opinione & expectatione absoluit, qui sequenti anno in octaua S. Stephani talentum cum fœnore Domino Deo reddens, in dicta sua Ecclesia, cui præfuerat, reconditus, clero & populo magnum sui post se reliquit desiderium.

Anno 968.

Anno 969.

DE S. ADALBERTO.

ADALBERTVS (quod est ad Albertum additus. Sic enim vocabatur Magdeburgensis Archiepiscopus, qui sub confirmatione illi suum hoc nomen indidit) alias Voytichius, patre Slauonico Libicensi comite, matre Stterislaua è studiis domum rediens, & nondum ex integro præsbyter, cum aliis tanquam ouis deserta pastoris obitũ pie lamentans, continuo, nolens, volens, & cum lachrymis (quippe qui erat tanquam lucerna ardens animo & omni conuersatione) magno Collegii Sacerdotum assensu in Episcopum à Boleslao Pio populo idipsum semper vrgente, quod is esset, quo prçuio ad cælum contenderent, declaratus, Veronam ad Ottonem Cçsarem regalia petiturus concessit, inde à Willigiso Archiepiscopo Moguntino consecratus. Hunc autem postea grauius detestati Christianæ religionis hostes quod quanto necessitudinibus, nobilitate & gratia apud principem præpolleret, tanto facilius omnem illorum superstitionem sit expuncturus. Ideo cum omni suo studio nihil efficeret, euitandi illius odii & suæ animæ saluandæ causa, Romam commigraturus. Stratiquati in monasterio S. Emmerani Ratisbonæ tum professo, sui Pontificatus detulit vices, quod is propter fratrẽ principem maioris esse possit gratiæ, pietatis & expectationis, sed indignabundus illa reiicit, monasticum suum habitum longe præferens. Qui Beatus vir suspirans Magno cum dolore, ait, hoc tibi dico frater. Honorem hunc vltro à me delatum, quem nunc valde respuis, post hac non sine maximo tuo malo requites. Sic Romam abiens obtinuit excommunicationem Bohemis iugum Domini decutientibus, qui vehementius exacerbati fratres Germanos quinq; simul enecarunt, quæ sic fieri S. Adalbertus Romæ submissa post calicis eleuationem prçsentire, exequiis fratrum corporaliter adesse, & breui illo spacio miraculose redire meruit, cuius rei testis fuit vna suarum chirotecarum ad feretrum Pragæ relicta, tandem ad inquisitionem Pontificis reperta, ipse vero in cænobio S. Alexii interim Deo ministrans semet abdidit. At Stratiquas tum demum eiuratam Episcopalis muneris celsitudinem infœliciter sitiens (Simulante fratre Boleslao literis quantumuis ad Ottonem & Moguntinum datis) dum ante altare de more solito prostratus benedictionem appetiit, miserabiliter à dæmone correptus & concussus, oculis contortis, ore spumanti damnatam animam eructans, quantum intersit, an diuinitus vocetur, an vltro sese ad tam arduum munus in Ecclesia Dei ingerat terribili sui exemplo, apud vniuersos declarauit.

At diuus Adalbertus, principis & Moguntini literis itemq; sex Oratoribus, Bohæmorum nomine culpam deprecantibus, cælumq; clausum toto illo biennio quo abfuit, sentientibus, annuente summo Pontifice Benedicto VII. rediens in Bohæmiam, atq; *Anno 977.* in montis viritis heremo receptus, cantatoque TE DEVM laudamus, toti regno dedit benedictionem, qua facta mox illa hora cælo nubes vndique apparuere quæ in largam fecundamque pluuiam resolutæ, adeo quod ex hoc omnis Bohæmia suum Præsulem rediisse cognoscebat, & gratulabatur, terraque fructu suo, & omnia germinantia vim suæ lætitiæ exprimebant, vnde enatum illud, cum spirituales iter faciunt, pluuiam non diu abfuturam, promissionemque vir sanctus habuit, DEVM non amplius Bohæmiam (nisi delictis maioribus lacesserent) ariditate puniturum: quam ob causam diebus singulis antiphona ad tumbam S. Adalberti post Vesperas à Scholasticis Slauonica lingua decantatur. Quamuis autem multum laborasset in conuertendo populum ad *Anno 978.* dominum, persecutiones tamen fuerunt perpetuæ. Cum Albim fluuium (vt & hoc adiiciant) prope pagum Neratowice traiecisset, neque naulum soluendo esset, à vectoribus calceo grauiter percussus, quibus maledixit, vt nunquã satis haberent panis, quod rei successus postmodum edocuit. Sic Romam reuersus, ibique aliquantulum subsistens, nec voto quoad visitationẽ sepulchri Dominici se posse satisfacere dispiciens, è præfato S. Alexii monasterio Benedictum, Matthæum, Isaac, Ioannem, Christianum & Barnabam fratres ordinis legitime dimissos secum assumpsit, veniensque in Bohæmiam lassus & attritus pedibus in tractu Domaslicensis prope villam Milaweir ad syluam terra prostratus cum sociis itaque indormiens, armentario cornu in aurem protruso inflatoque subito excitatus, non tantum illi pastori sed omnibus ibi successiuis temporibus cornu inflaturis surditatem imprecatus est, ad quam effugiendam flagello signum datur incolis. Conditoq; cum Boleslao Pio Brenouiensi monasterio (quod vtrique miraculose ostensum est) introductis fratribus, secessit in Poloniam, Gaudentioque Gnesnensibus dato Episcopo Prutenis Euangelium annunciauit, qui ad crudelita-

litatem magis, sanctum virum septē hastis adorti, tandem demortui caput amputārunt. Corpus autem Boleslaus Poloniæ princeps, à barbaris redemptum pretio, Gneznæ sepulturæ tradidit, inde in Bohæmiam translatum proprio sacello, non vulgaribus miraculis patronus patriæ honoratur. Anno 996.

DE DEODATO.

DEODATVS post Generalem Cleri & principis consultationem ab Ottone Cæsare, propterea per certos Oratores rogato, (cui erat à sacris & Epistolis) commendatus quantumuis aliquantulum plebe reluctante successor excipitur. Natione Saxo, literis maxime tamen eloquentia præclarus, sed Slauonico idiomate cunctis acceptior. Sub hoc religio Christianorum vires extendit, dum sibi summa cura incumberet, vt plurimos adolescentes ad Sacerdotium, Sacerdotes ad vitæ honestatem suæ vitæ exemplo alliceret, secumque per eadem vestigia communem populum deduceret. Accedebat frequens Pii, ex hortatio, vt præsentem Antistitem patris loco colerent, neque vllo modo eum offenderent, ne forte diuina vltio, sicut viuente S. Adalberto illos persequeretur: atque hæc omnia se facturos sanctè promiserunt. Fuit hic vir magnæ pietatis in Deum, in suos beneuolentiæ, verus imitator Adalberti, qui priusquam mortem, quam sibi imminentem animaduertebat, obiret, omnem suam substãtiam, quam viuus collegerat, in vsus Ecclesiæ S. Viti, pauperumque Christianorum conuertit, cuius corpus in dicta Ecclesia contumulatum. Anno 1017. *Anno 997.*

DE HELICHARDO.

HELICARDVS ob magnam rerum cognitionem, quantumvis Germanus Natione, Slauonico tamen sermone commendatior, concionator eximius, Occard vulgo dictus, ab Ecclesiastici regiminis gubernacula deputatus, regalia ab Henrico Cæsare & consecrationem à Moguntino accepit. Is Romam ad Benedictum Octauum profectus vbi plurimas libertates & gratias pro Ecclesia S. Viti ad voluntatem principis sollicitauit, quas rediens magna omnium exultatione publicauit, ita vt omnes in canticum Ecclesiæ sanctorumque Ambrosii & Augustini personandum gratanter prorumperent, sub hoc decimæ pro parochis & fumalia ceperunt originem, nec non plurima dissidia fœliciter sopita, pietas vero, Religio, deuotio, liberalitas & commiseratio succreuerunt, omnium suorum planctum tandem ex hoc ergustulo ad æternam fœlicitatem capessendam euolauit. Anno 1024. *Anno 1018.*

DE ISONE.

ISo, publico Cleri Principis & plebis assensu, Præsul electus immediante Moguntiam versus (quia Cæsar non erat) expeditus est. Hic fœliciter partes suas in munere suo tutatus, quamuis linguæ beneficio non ita fœlix, in pauperes beneficus, vt singulis diebus quadraginta in sua aula pasceret, & sexto quoque die, si quid desideraretur visitaret, infirmos & captiuos frequenter adiit opemque tulit, vir iusta senectute & canitie venerandus, cuius cani floris fructus mors ipsa fuit. Anno 1030. *Anno 1024.*

DE SEVERO.

SEVERVS mox post Isonem successor denunciatus, rebus Ecclesiæ plurimum intentus Olomucensem Episcopatum resignauit, contentus vnico diuoque Wenceslao deuotus, cuius sacellum in quo colitur, dilatauit, vbi & ossa Podiwogii S. Ducis & Martyris serui fidelissimi inuenit collegitq;, quæ tandem extra Metropolitanã Ecclesiam ad vuluas, qua sacellum patet via, sunt reposita. Sub ipso monasterium S. Procepii ad flumen Sazauæ in honorem S. Mariæ & S. Ioannis Baptistæ, angelo denunciante, conditum à Bretislao, qui sub donatione maledixit omnibus, illud aliquando malo iure vsurpaturis, vt indignationem diuinam incurrerent fame & morbo ipsi & posteri conficerentur, donec resipiscerent, Et respondit SEVERVS, Amen. Sub ipso fuit terræ motus triũ dierum totidemq; noctium, itaq; ab eo indictum ieiunium & ipse prostratus humi, donec cessaret commotio, clamauit ad Dominum. Sub ipso etiam facta est *Anno 1030.*

S. Adalberti translatio, templi veteris Boleslaiæ sub honore Dei omnipotentis, & S. Wenceslai consecratio, pariterque Ecclesiæ monasterii Piuonii prope Tinam ordinis Eremitarum regulæ S. Augustini, & templi parrochialis in oppido Bilinæ: atq; in diligenti muneris administratione, ipse vitæ periodum conclusit. &c. Anno 1065.

DE IAROMIRIO.

IAROMIRIVS, frater ducis Wratislai à Seuero, spe successionis ad tertium gradum præsbyteri promotus, tandem in aula regis Poloniæ, aliquandiu versans, (licet lanes quidam, Principis votum ad Episcopatum iam habuerat, pluribus tamen de causis & quod domesticos non oporteat negligere, postpositus) ex Testamento patris à fratre, ad Præsulatum admissus Moguntiæ ab Henrico Cæsare approbatus & ab Archiepiscopo consecratus, cui nomen impositum Gebhardi. Qui postea cepit Iohannem, Episcopatu Olomucensi deturbare, inuito Wratislao, contumax in comparendo coram Rudolpho Cardinale, huius causa ex vrbe misso à Pontifice, tandem ab ipso citatus causa cecidit, & in cœnobium relegatus, intercessione & patrocinio Matthildis Ducissæ Lombardiæ, cognatæ, quæ gratia & authoritate apud Romanorum Pontificem ante alias celeberrimas Italiæ Matronas, præpollebat, pristinum fortunæ habitum recipere meruit, & Wradislao in Regem Bohæmiæ ab Henrico Imperatore declarato, & à Treuirensi inuncto, Olomucensem Episcopatum quem Henricus Pragensis coniunxerat, adeptus est & sub eodem, qua simultatem contra fratrem visus alere à Wratislao Wisegradense templum, omnibus Sacerdotalibus officiis dignitatibus & priuilegiis æque insigne institutum atque illud est in arce S. Viti, quo rex cū solennis dies occurreret, ad sacrificia diuertit. Cūq; Wratislaus contra Pontificiū & Cæsareum diploma, præterque scitum Iaromirii aut Gebhardi fratris, quendam suorum sacellanorum Wenceslaum Episcopatui Olomucensi præfecisset, indigne ferens Gebhardus Strigonii in Vngaria dum esset in via Romam versus, vt Pontifici sua grauamina proponeret, in Domino obdormiuit: Atque tum demum princeps fratris sui in pauperes Eleemosynas & in spiritualibus sanctam administrationem cum luctu cognouit, vnde Monasterium Opaticense amplissimum pro fratris & suæ ipsius animæ salute fundando locupletauit, &c.

DE COSMA.

COSMAS à Wratislao communicatis cum capitulo consiliis, omnium congratulatione, (quod præ reliquis vir bonus & ad regimen idoneus, licet iam senculus) tum temporis Decanus, præsul designatus, à Cæsare Henrico dignus, recognitus Moguntiæ sub nomine Rotardi consecratus est, & seiuncti sunt Episcopatus Pragensis & Olomucensis. Hic Bohæmicam Historiam à Zechiu vsque ad obitum suum pertexuit, vir bonæ conscientiæ, magno Bretislai aliorumque planctu mortuus & honorifice in templo S. Viti sepultus. &c.

DE HERMANNO.

HERMANNVS, homo sobrius, doctus, misericors & liberalis Bretislao patrique suo fideliter seruiens ad Ecclesiæ regimen assumptus, Ratisbonæ ab Henrico confirmatus, à Seraphino Archiepiscopo ordinatus, & a Cardinale Ruperto summi Pontificis Legato de latere, Moguntiæ in Episcopum consecratus, maiorem vita partem in aula consumpsit, magis iucundus Principibus esse volens, quam seuerus, atque hanc ante alias noxam, vt DEVS per misericordiam suam expungeret, se supplicem vehementer deprecari aiebat: alias in rebus Diuinis promouendis, vigilantissimus, vigesimo secundo Pontificatus anno vitæ defunctus est. &c.

DE MAINARDO.

MAINARDVS, natione Germanus, prouidus tamen & circumspectus (licet, plurimis Bohemum exoptantibus) accedente Sacerdotum suffragiis, à Wladislao præsul electus,

electus, & de more consecratus. Hic tumbam S. Adalberti propriis sumptibus mirifice dedit exornandam, sepulchrum Domini cum visitauit, iniuste apud summum Pontificem à plerisque dignitatem eandem ambientibus delatus, & consilii de homicidio perpetrando insimulatus, in omnibus innocentiam suam manifestis argumentis contestatus est, apud Archiepiscopum Moguntinum, suisque inimicis libenter ignouit, & sic vniuersæ carnis viam ingressus in Morauiam per Episcopum Olomucensem honorifice ad suam sepulturam in Bohæmiam deductus est, &c.

DE IOANNE.

IOANNES præpositus Wissegradensis (certantibus hinc inde plurimis de Episcopatu largitionibus & fauoribus) à Sobieslao Principe ipso die S. Wenceslai, collectis votis Spiritualium & secularium per Decanum Pragensem successor Mainhardi pronunciatus & omnis populus in gratiarum actionem erga Deum cantando effusus est. Ille ad Cæsarem Lotharium additis commendatitiis literis tam principis quam spiritualium & secularium Heidelbergam profectus gratiam Cæsaream & à Moguntino benedictionem obtinuit, magnumque dedit religioni Christianæ incrementum. Qui postea diuturno morbo, confectus obiit, sepultus in Sacello S. Gothardi Episcopi, in cuius locum electus fuit Syluester Abbas Sazauiensis sed morte Sobieslai irrita facta est nominatio, &c.

DE OTTONE.

OTTO Præpositus Ecclesiæ Pragensis electione legitima, confirmatione Cæsarea, & benedictione Moguntini Præsulatum accepit, in præfatam Ecclesiam multam suam substantiam impendit, idemque in monasterium Zderas, quod singulariter dilexit, & in quo sepeliri voluit, prout & priusquam moreretur eo se deportari fecit, cum aliis carnis resurrectionem ibidem expectans. &c. Anno 1148. *Anno 1140.*

DE DANIELE.

DANIEL, è familia procerum à Lippa Canonicus Ecclesiæ Pragensis homo facundus & literatus, pacificus item, timens Deum & ad Ecclesiasticam disciplinam promonendam diligentissimus à Wladislao authoritate Cæsaris & benedictione Moguntini Antistes creatus est. Qui Friderico Cæsari in componendis arduis dissidiis tam in vrbe, quam in Lombardia Consiliarius & Comes sagacissimus. Huic cum Cæsar non procul a Bononia, in oppido quodam S. Helenæ dicto, commoraretur, infortunium accidit, & sub ipsa nocte incendium factum, quod omnem suam substantiam combussit, excepto vno pallio, cui Cæsar & aulici plurimis muneribus regratificati sunt: Peste tandem in Lombardia grassante correptus obiit, cuius ossa, monente ipso Abbatem quendam in visitatione, sed longiore post tempore Pragam delata sunt: Atque vbi tum pro eo factæ plurimæ exequiæ, apparuit rursum eidem Abbati dicens, se pœnis in quibus fuisset hactenus, liberatum & in gratiam Dei receptum. Postea quidam Expoldus adoptatus est Germanus natione, professione Monachus, qui prius Abbas Sedlicensis fieri non potuit, tanquam intrusus & peregrinus fauore Reginæ, (licet contradicentibus primoribus regni, quod filii sui in omnibus huic essent pares) sed quia post vnum mensem è viuis decessit; in monasterio suo sepultus, litem definiens, alteri locum successionis reliquit, &c. Anno 1169. *Anno 1148.*

DE FRIDERICO.

FRIDERICVS, (spiritualibus alium, alium sæcularibus proponentibus) Saxonia oriundus, à regina Citka declaratus est primoribus regni vehementer contradicentibus, quod Germani non animas Bohæmorum quærerent, sed aliena bo- *Anno 1170.*

na inuaderent, vnde suos consanguineos locupletiores redderent, quasi non essent in Bohæmia personæ dignissimæ, pro vt & Iaromirii tempore disceptatum & tandem pro Bohæmis conclusum. Quod rex intelligens vtrumque statum rogauit, vt annuerent, iique quamuis inuiti in sui gratiam admiserunt. Quia tamen Fridericus neque Bohæmicum neque Sclauonicum callebat Idioma, parum in hoc officio profecit, nisi quod iis rebus, quas è Bohæmia transferre potuit, suos consanguineos ditiores & morte sua post octo annos Bohæmos lætiores effecerit. Interea tamen temporis, vterque status Friderici celsitudinem indigne ferens, apud regem vnanimi consilio vrsit vt deponeretur, quod præter memorata neque authoritatem neque mensam Episcopo dignam conseruaret, nihil secum retulerit, nec per ostium ingressus, Bohæmiam denudet, & corrasam è mulcta sacerdotum & è bonis Episcopalibus pecuniam, in Saxoniam transferret. Quibus Rex Cæsarem & Moguntinum, quid in contrarium essent dicturi (si hoc fieret) allegans, mentem suam expressit, vt eam iam senio confectum cum honore ad mortem properantem, sustinerent, promittens pariter neminem exterorum præter illorum scitum & voluntatem ad hanc sublimitatem euchendum. Itaque Regis arbitrio acquiescentes, voluerunt æternæ memoriæ consecratum, ne quis extraneorum amplius id officii, imò nec maiorem nec minorem præbendam obtineat, sub amissione narium, interminatione exilii & confiscatione bonorum, sed sint sicut hospitio suscepti. Ita Fridericus mortuus est.&c. Anno 1178.

DE VALENTINO.

Anno 1178. VALENTINVS, Germanus natione, Elisabethæ reginæ à sacris, ab eadem ad officium Episcopale intrusus, homo mediocriter doctus tamen humanitate & affabilitate ipsius Elisabethæ & quod esset homo beneficus pius & comis in officio conseruatus est. Febre vltimo confectus obiit, in Ecclesia sancti Viti sepultus.&c. Anno 1182.

DE HENRICO.

HENRICVS, Wladislai regis frater, Friderici patruelis, cognomento Bretislaus, Præpositus Wissegradensis ab ineunte pueritia bonis literis deditus, iisque domi priuatim, adolescens in Gallia adeoque in Parisiensi Gymnasio celeberrimo occupatus, vt non modo disciplinarum sed & virtutum morumque præcepta abunde hauriret. Desiderio tandem repetendæ patriæ ductus commodissimè ad illud tempus, quo de Episcopo consultaretur, rediit, suffragio Friderici, Pontifex Pragensis declaratus, tanta omnium approbatione, vt summi infimique laudibus Fridericum in cælum ferrent. Hic vices suas strenue administrauit, vt Conradus Princeps, qui sibi ius eligendi Olomucensem Episcopũ assumpserat, cum Henrico in concordiam rediret, magis eligens amicis officiis certare, quam in alieno foro cum eodem contendere. Cui etiam dum ipse Conradus Henricum sextum ad expugnandum Neapolim sequeretur, (vbi peste extinctus) curam administrandæ Bohæmiæ delegauit. Quin imo cum Premislaus sine consensu Cæsaris principatum Bohæmiæ suscepisset, eaque de causa per Oratores euocatus, nec comparens sed alio se conferens, Henricus Episcopus nomine Cæsaris interrex designatus, qui Premislaum vltra fines propemodum persecutus est. Idem ad solẽnes nuptias easdemque regales in Vngariam inuitatus, (quę postea irritę factę) exinde rediens, in Morauia insidias vix effugit, quas quia ipse vlcisci noluit, Bohæmis nolens volens vindicandas reliquit, Morauia Henrico se subdidit, eundemq; exercitum ad iussum Cæsaris, tanquam Dux Bohæmiæ, contra Wandalos Cæsaris rebelles assumpsit, quibus magnum damnum intulit, pro quorum occisorum animabus & templis dirutis, sacrificia domum reuersus instituit, largamque Eleemosynam dispersit, conuentumque procerum cogens ad pacem & concordiam suæ vitæ diebus conseruandam exhortatus est, varia mala, homicidia, templorumque ruinas è bello Wandalico producens, lachrymisque obtesta-

[illegible]status est, vt pro se DEVM orarent. Sub regimine pacifico templum sancti Viti restaurare, altaria de nouo construere, quæ ipse consecrauit, domumque pulcherrimam in minori Praga ad flumen ædificari fecit, in eaque sacellum pretiosum in honorem DEI, & beatæ Mariæ virginis in quam ad decantandas DEO laudes. Coralistas introduxit, prout & in Wissegradensi Ecclesia rem diuinam mirifice amplificauit, pariterque magna inedia afflictos tum temporis omnis generis homines, quantumuis dispersos, pane suis sumptibus vndique conquisito, pro Christi nomine liberaliter aluit, Petrum Cardinalem à via lata, Cælestini tertium Legarum decimas à Sacerdotibus in bellum Asiaticum recupetandæ Hierosolymæ causa exigentem, honorifice per suos, ipse infirmus excepit, bonaque responsione dimisit, auidissimus personaliter cum suo delectu militum bello sacro interesse quem intempestiua infirmitas præoccupauit. Qua nimium inualescente, Premislao principatum resignare voluit, sed reluctantibus Bohæmiæ proceribus, ipsis præsentibus dedit legendi principis, quemcunque voluerint, potestatem, sibi inquiens vires ad sustinendum Pontificatum vix sufficere, ne dum vt Principis præterea onus ferre posset, in tanto præsertim rerum motu atque continenti fere illius honoris ambitu. Medicorum consilium illis plenius indicat, suadentium cœli locique mutationem fieri debere, & ab omnibus rebus, quæ animum sollicitant, abstineri alioquin nil sibi profutura medicamenta. Se itaque velle in Egram ciuitatem vltimis Bohæmiæ finibus sitam, refouendarum virium gratia petere, interim administrationem principatus cura: illorum delegare. Quarto decimo die, postquam Egram peruenit, ibidem pridie sancti Viti quinto sui regiminis sæcularis spiritualis vero decimo quinto humanis exutus est, in vtroque magistratu tam æquus & moderatus, vt in dubio reliquerit, Princeps an Pontifex melior vixerit, corpus Doxanam, quo in Cænobio matrem & iam suam sepeliuerat. &c.

DE DANIELE.

DANIEL, à Wladislao cui à sacris fuerat, propria authoritate Antistes constitutus, quem Clerus nullo pacto, ad vllam administrationem voluit admittere, nisi leges ipsis iuraque & suffragia libera restituerentur. Itaque ius electionis ex integro tribuens, paratus eum quem ipsi designarint, Pontificem agnoscere. Capitulares habito mutuo consilio in gratiam Wladislai eundem Danielem promulgarunt. Hic ipse cum aliis à Wladislao rogatus quid de Premislai literis, qui latomias Ratisbonæ lapidarias per decem dies extrema necessitate coactus colere, pertentauit fratris animum, an sibi tanquam seniori dethrono cedere, an consortium regni fauere velit, consultius facto respondit. Caro, inquit, & frater tuus est Premislaus, piumque videtur ac vere fraternum, vt in ista angustia animæ eius, ope illum subleues, exinde factum, vt Premislaus Bohæmis, Wladislaus Morauis imperitaret. Episcopus vero omnem sollicitudinem in DEI cultum impendens, ex hoc sæculo plenus dierum commigrauit. &c.

DE ANDREA.

ANDREAS, Præpositus Ecceliæ Pragensis vir bonus, pius & dignus Episcopatu votis omnium exprimitur. Qui Premislaum ante feruentem in cultu diuino, postea sensim deferentem, ægrotumque pro officio suo, ad expiandam sacrorum negligentiam exhortatus. Sed quod alia remedia dicere nesciret præsenti languori, habitus odio, magna Sacerdotalis dignitatis & libertatis factura, vt prater verbera & illatas iniurias, quas rex dissimulabat, vectigales facti decuplo plus. Hæbræis soluere coacti fuerint. Qua de causa Andræas in Austriam se recepit, vt commodius Præmislaum anathemate ferire possit, quo facto Romam migrauit. Interim alii bona Ecclesiastica diripiebant, vt Abbas Strohouiensis, indignitate rei commotus, Præmislao in tantum exprobratit, donec emanaret edi-

ctum capitale, si quis deinceps auderet viris locisque religiosis insultare. Venitque simul regi in mentem Andreæ præsulis, vti cum Roma Pragam per litteras reconciliatiunem pollicentes reuocaret, sed iam Andreas in itinere erat cum Legato, quem Honorius Romanus Pontifex, ad regem mittebat, qui cum illo de iniuriis Sacerdotum ita ageret, vt omnibus calamitatibus imposterum liberarentur, vtque Præsulem in antiquam cum rege gratiam reduceret, quod nullo quasi negotio celeriter vtrinque confectum. Mortuo tandem Wladislao in Morauia exclamauit Andreas, vnicum Sacerdotum præsidium patrociniumque vna cum Wladislao intercidisse. Qua voce Rex non secus ac contumelia offensus, iudicansque mala fide secum in gratiam præsulem rediisse, vicissim illum contemnere cepit donec iterum Andreas Romam perfugeret, vbi tandem extremum vitæ clausit diem. Corpus in Morauiam, caput Sacerdotes Pragam referri, & in sacello sancti Wenceslai supra aram condi curarunt (vbi nunc crux depicta) dignum esse dicentes, vt caput illorum libertatinatum, in loco obuio ac maxime celebri reponeretur. Postquam in Bohæmia haud modica de Præsule dissensio erat, proceribus qui buna illius intercepta occupabant, pro humili quouis simplicique contendentibus, vt in locum Andreæ cooptaretur, cæteris habetem inhabilemque & futurum velut pictum Episcopum abominationibus, cum Episcopus magnarum rerum, tam diuinarum, quam humanarum curam sustinere cogatur, secundumque à rege in regno locum obtineat. Itaque duo sunt nominati, ambo ex Collegio Pragensi consortii, alteri Peregrino alteri Budiuoio nomen. Illum quia foret vt truncus rex ranarum, qui nemini & cui omnes primates imperaturi essent, facturi omnia ad libitum Pontifex Honorius exautorauit: vnde cum Dominicanis apud sanctum Clementem ad obitum vsque patienter permansit. Budiuoium verò iam vicinum capitulo, mors illo anno & mense sui electionis è medio sustulit. &c.

DE IOANNE.

IOANNES, Scholasticus ex ipso Collegio Canonicorum, concurrentibus suffragiis & accedente regis calculo ad Episcopalem dignitatem Gregorio nono approbante, assumptus est, vir authoritatem præ se ferens, DEVM timens, diuque oblatum honorem à se dimouens, victus tamen precibus omnium & maxime voluntate regia, assensum præbuit, qui paucis post annis è vita discedens, tumulum in Ecclesia sancti Viti sortitus est. Quo quidem anno Purkhardus à Sulewic inde Bernhardus dictus, præfatæ Ecclesiæ Scholasticus à rege Wenceslao substitutus est accedentibus legitimis suffragiis tertio Anno sui regiminis defunctus est. &c.

DE NICOLAO.

NICOLAVS, stirpe Witkouicensi quem alii rosam vocarunt vel de Rosenberg, Canonicus Pragensis, vir optimus, iustus, omniumque ineptiarum coniutatus hostis, à rege Wenceslao, tertio post, Purkhardi obitum die, finito sacrificio missæ, collectisque Canonicorum suffragiis, Præsul electus & in conuentu procerum deinde publicatus, cursum suum in sanctimonia consumans, alteram vitæ regionem ingressus est. &c.

DE IOANNE III.

IOANNES tertius Scholasticus Pragensis, authoritate regia & voto Canonicorum ad Episcopalis honoris fastigium exaltatus, à Brunone Olomucensi Episcopo, Moguntino concedente consecratus author fuit Ottogaro, ad Imperii habenas capescendas per Archiepiscopum & Electorem Coloniensem nomine totius

tius Imperii inuitato, vt annueret, quas tamen petulanter recuſans malis conſiliis innixus, tandem prouolutus ad Imperatoris Rudolphi genua ſui erroris reum publicè cum ſumma ignominia ſe ſpectandum exhibuit & malis conſultoribus honores ſuos ademit. Ioannes præterea in Eccleſia ſua altaria, in honorem DEI omnipotentis ſanctæ Mariæ, ſanctorum quatuor Doctorum Eccleſiæ & aliorum diuorum perfecit & in die ſancti Martini conſecrauit, itemque ſacellum omnium Sanctorum in arce regia, videnſque quæ fierent mala in Bohæmia, pro quibus auertendis perpetuus erat in fundendis precibus, dolenſque vices omnium, angorem animi concepit, vnde poſtea mors ſubſecuta eſt, quæ eundem in ſua Eccleſia fecit requieſcere. &c.

DE THOBIA.

THOBIAS Præpoſitus Eccleſiæ Pragenſis, in Antiſtitem concordi ſuffragio declaratus ab Olomucenſi Epiſcopo, accedente authoritate & conſenſu Moguntini conſecratus eſt, rege Wenceslao ſexto Bohæmiæ & Poloniæ adhuc impube, cuius fouendi curam Marchio Brandeburgenſis conſenſu omnium ordinum habuit. Qui tum officia Germanis tantum diſtribueret, præcipue illis iniungens, ne quem Bohæmum in arcem Pragenſem per ſpeciem ſalutandi aut reginam aut filium eius intromitterent, nec Thobiæ quidem primitium ſacrum in æde D. Viti facere cupienti, portas arcis aperire voluerint. Sed coactus eſt rem diuinam in Cænobio Strahouienſi peragere, ingenti murmure populi, qui Pontificem religionis officiique cauſa in Cænobium perſequebatur. Poſt ſolenne Paſcha venit Epiſcopus Brandeburgenſis, quem paulo poſt ſecutus Otto Marchio, tanquam Gubernator Bohæmiæ atque in arcem intromiſſi, Epiſcopus Brandeburgenſis Eccleſiæ Pragenſi præficitur, Thobia interim in ædibus ſacris diuæ Virgini penes pontem minoris Pragæ commorante. Ille cupidus magnificentiam regis ſacelli Ottori inſpectandi, eoque deductus dimiſſis iterum Sacerdotibus, inſigne ſacrilegium in diripiendis theſauris illis commiſſit, ſacraria expilauit, Sacerdotes & ipſos colones ad ditionem Thobiæ pertinentes grauioribus oneribus, quam ferre poſſent afflixit, Marchione ad iniuriarum querimonias ſurdo mutoque & Thobia quaſi exule longe poſtpoſito. Tandem præſuli Brandeburgico ademptus Magiſtratus ob iuſtum Bohæmorum erga ſe odium quorum ſuffragio Thobias Præſul & Theobaldus regni iudex, rege in Marchiam abducto, ſummæ in Bohæmia rei adminiſtrandæ præfecti ſunt. Sed & ipſe Thobias à rege iam in regnum recepto, in Polouiam cum armata iuuentute dimiſſus eſt, vt ſe ibi tantiſper pro hærede gereret, dum ipſe eo veniret, qui & obuios ciues cum clauibus habuit, in fidem Wenceslai poteſtatemque vltro ſe tradentes. Hic Parrochias Raudnitii, Tinæ, Horſouiæ & ſupra Multauiam, Rokizanæ & aliis quam plurimis locis erexit, miſſalia dedit, multaque bona præſtitit donec naturæ debitum exolueret, &c.

DE GREGORIO.

GREGORIVS magiſter artium & Decanus Eccleſiæ Pragenſis iam ſexagenarius, homo circumſpectus, Deumque timens a Canonicis rege idipſum collaudante in Epiſcopum conſtitutus, qui gregi ſuo diligenter intendens, ſuæque animæ non immemor obdormiuit tandem in Domino. &c.

DE IOANNE IV.

IOANNES QVARTVS Canonicus Pragenſis Gregorii à Draziz filius legitimè poſt Gregorium inauguratur. Hic multis iniuriis affectus, Romæ apud ſummum Pontificem ſe purgauit, & ab inſtantia abſolutus, domum rediens,

vt ex equo descendit in genua prouolutus, supra limen Ecclesiæ Pragensis gratias egit DEO, quod suos hostes conuicerit votumque emisit de amplificando Episcopatu, sicut & arces pagosque emit, & restaurauit in vsum successorum. Tres insuper præbendas Canonicales fundauit, monasterium Raudnitii in honorem beatæ Virginis propriis sumptibus extructum consecrauit, & dotauit, Præpositum fratresque regulæ sancti Augustini fecit hæredes, pontem lapideum Raudnitii & in fine illius Xenodochium ædificari fecit, item templum sancti Egidii Pragæ condidit, rumbam sancti Adalberti exornauit, duo altaria, alterum in honorem sancti Syluestri, alterum sancti Marthæ suis impensis erectum dotauit, omnibus benefaciens ad retributorem omnium bonorum DEVM, morte media, ipsa octaua innocentum se conuertit. Hactenus de Episcopis, &c.



ARCHIEPISCOPI.

ERNESTVS, Ernesti à Pardubitz, filius, Decanus Ecclesiæ Pragensis, vir multis nominibus commendatus à Capitulo Pragensi vnanimiter electus. At quia Munguntinus partes Ludouici Bauari sequebatur, Auinione iussu Clementis sexto per Cardinalem Portuensem in præsulem Pragensem consecratus, domumque reuersus, honorifice à rege & Clero exceptus est, qui postea regem Ioannem, eo quod bona Ecclesiastica sibi vsurparet, excommunicauit, donec à Papa redditis illis bonis reconciliarentur. Vbi etiam post depositionem dicti Moguntini in vrbe à Pontifice, Carolus qui tum vna aderat, impetrauit, vt Ecclesia Pragensis à Moguntina iurisdictione, liberata in Metropolitanam conuerteretur, additis Olomucensis & Litomissensis, suffraganeis, diplomate item Pontificio & pallio pro Archiepiscopo. Rex itaque & Carolus Roma reuersi, processionaliter excepti, cum Archiepisco nouo, lapides primos pro fundamento Ecclesiæ Pragensis posuerunt, & paulo post idem rex cum coniuge ab eodem Ernesto primo Archiepisco Pragensi inuncti, eidemque & successoribus suis Cancellariatum in Gymnasio Carolino veteris Pragæ, perpetuis temporibus tradidit vsurpandum. Huius prouidentia & cura omnia bona Ecclesiastica in acta redacta sunt, Coralistæ & mansionarii fundati, ab eodem statuta Ecclesiæ Metropolitanæ, supra quem quisque Canonicorum priusquam ad stallum & Capitulum admittitur, sanctè iurare debet, condita & accomodata, tandem à Carolo quarto Romanorum Imperatore Bohæmiæ rege, aurea bulla confirmata, vir alias exemplaris vitæ, prius à se incipiens, quæ in aliis desiderabat. Ab initio sui in Episcopum nominationis, vsque ad obitum solitus est suos defectus in libello quodam consignare, vt illos sciret paulatim corrigere; alios pauperes aluit, alios iuuit Eleemosyna, indiuuis, pane sub annonæ caritate, Scribas conduxit, qui libros ad vsum Ecclesiarum conscriberent, quos ipse templis & Monasteriis elargitus est. Præposituram Glacensem in monte beatissimæ Virginis, ordinis Canonicorum regularium, mirifice exaltauit, rebusque necessariis & pretiosis locupletauit, sibique conclaue fieri voluit, in quo aliquando DEO & ordini deditus posset quietius deseruire, peregrinationem Romanam præcensurus, ne omnibus hoc suum institutum pateficret. Cumque aliarum dissuasu, quod maiora posset in Archiepiscopali munere præstare, in signum sui voti & erga beatissimam Virginem deuotionis, in omnibus locis & fenestris, vbi eum morari contingeret, imaginem diuæ Virginis seque in genua prouolutum, mitra & baculo humi prostratis, quasi libenter ab hoc Magistratu se vellet abdicare, depingi fecit. Mona-

Monasteria plurima vel donationibus vel restaurationibus amplificauit, oppida sua cinxit muris, piscinas nouas fecit, piscésque pauperibus distribuit, perpetuus in bonis operibus exercendis. Qui iam ad mortem febricitans, singulari quadam cordis compunctione narrauit se dum Glacii Scholasticum ageret, quodam die Sabbatho sub Vespertinis precibus inter cantandum antiphonam de beata Virgine, inspexisse imaginem Virginis Mariæ in altari maiori, faciem auertere: qua re in se ipso confusus & in preces resolutus, consolationem accepit, viditque eandem effigiem recte) vt ante stantem, sed indignationem adhuc præ se ferentem. Et licet dum sæcularis esset cum peccatoribus conuersationem & portionem habuisset, parumque fecisset visitationem, tamen spiritualis factus, à via peccatorum recessit, deuotus beatæ Virgini apud quam vt omnes pro se rogarent, omnibusque hæc gesta narrarent, pie precatus est. Sic purgata conscientia & accepta SS. Eucharistia mortuus, atque in parrochiali Ecclesia tumulum, quem dudum ante sibi prælegerat, complexus est.&c.

DE IOANNE.

IOANNES Episcopus Olomucensis, Consiliarius & Secretarius Cæsaris Caroli, ad sedem Archiepiscopalem communi Canonicorum suffragio transfertur, qui diu multumque repugnans, tandem precibus & monitis consentiens à Pontifice per Episcopum Spirensem pallium adeptus est, eodemque quo prius animo, amico, & benigno permansit si b porta Hierosolymitana in Wissegrado, hospitale pro iis, qui è pinguiore fortuna in paupertatem prolapsi, aut qui peregrinantur ad loca sacra, liberalissimis annuis redditibus de nouo fundauit. Cuius aucta fuit dignitas à Pontifice Vrbano, qui eidem argenteam crucem deauratam, rubeum Pileum, qui adhuc in Ecclesia pendet, & cappam purpuream misit, vna cum titulo pro se & successoribus Legati sedis Apostolicæ. Domum suam præterea Archiepiscopalem mirifice expoliuit & in ea sacellum, in honorem passionis Dominicæ, sic sacellum Raudnicii in honorem Dei, beatæ Virginis, & SS. Patronorum, itemque monasterium Sancti Iacobi in veteri Praga consecrauit, & Moguntiæ Archiepiscopum inaugurauit. Sub eo collecta sunt mortuorum Episcoporum corpora & in vnum locum, ordine quoque, in saxeo sarcophago reposita, tecta superius marmore, auulsis amodo titulis. Altaria, hospitalia, turres, & ædificia præstantissima erexit, apud regem Wenceslaum decimum authoritatem plurimum pollens. Vni enim huic tantum bene monenti libenter auscultabat, modumque aliquem suis cupiditatibus, illo intercedente, statuebat, cæteris omnibus contemptui habitis, proinde nimis immature illi de medio sublatus est. Senio tandem mortuus, & in sacello SS. Erhardi & Ottoliæ sepultus. &c.

DE SBINCONE.

SPINCO vel Spigneus à lepotibus, è familia procerum, vir doctrina & pietate insignis, pacis amans & dignus præ aliis ad officinm Archiepiscopale, communi applausu assumptus est, & tam turbulento tempore rem suam administrauit vt etiam militari disciplinæ deditus, tria millia peditum in auxilium regis contra Clemonem Bauarum, irruptionem in Bohæmiam molientem ipse suis sumptibus conduxerit eorumque ductor factus fuerit. Illo tempore Sigismundus Imperator legatos suos ad Wenceslaum regem ob negotia quædam secreto tractanda, direxerat, ad quem vt responderet, Archiepiscopum secretorum suorum consclum cum iisdem legatis ad Cæsarem expediuit, qui Budæ à seruitore suo quindecim aureis (pro vt Brodæ in tortura, consessus) à quibusdam corrupto, veneno infectus, in reditu Posonii mortuus, Pragamque deductus, in conditorio familiæ honorificè reconditus,&c.

DE ALBICO CONRADO ET SIMILIBVS.

ALBICVS Sbinconi suffectus, arte medicus ac prorsus dignior qui Pharmacopolis quam Pontificibus adnumeraretur: at qui ita ingenio auido & ad rem attento fuit, vt minutissimarum quoque rerum diligentiam curamque non omitteret, ipse clauem à penu & cella vinaria sibi retinere, viniquè promam anum abstemiam præficere & domi quasi cauponam & macellum instituere, dum vina meratiora, eduliaque ex piscibus, auibus, feris, lautiora ære commutat, seque ad mensam aridam & sordidam cum familia pauca & abiecta reuocat potius feræ stridorem audire cupiens, quam equos per noctem dentibus hordeum confringentes. Atque vt in rege, sic in Albico homine officii sui negligentissimo & lucri tantum auidissimo, spes nulla erat rerum promouendarum, qui ne tot ex nobilibus in sua aula pasceret, cum Conrado Decano Wissegradensi ratione officii commutauit, tandem licet sibi sepulturam struxisset, corrasis vndique diuitiis, elapsus, alibi defunctus est. Quem Conradus secutus, natione Westphalus, qui ab initio contra præuaricatores & desertores incaluerat, mox tamen eo vsque intepuit, vt bona Pontificatus, fere omnia eodem, quo Albicus, metum ac vitio auaritiæ victus, aliis vili pretio oppignorarit, & in Westphaliam transmiserit, nil sibi nisi Raudnitium relinquens, quod oppidum Ioanni à Smirziz concessit, vnde haberet ad vitæ finem sustentationem. Hic idem fuit pestis & venenum Archiepiscopatus & ne peregrinis eiusmodi officia præcipua darentur, exemplo suo malo satis edocuit. Ioannes autem Rokizanus itemque Augustinus Sanctuariensis Episcopus senex auatus & delirus, qui vltimum quasi eructaturus Spiritum, dixit, si non possum salutem assequi, vt malus Christianus, saltem seruari queam vt bonus Marranus; non ob viam nisi scelerum memoriam & æternam detestationem, vt qui Dianæ templum non rexit sed inflammauit, posteritati denunciantur. Hinc sede Archiepiscopali vltra centum & plurimos annos misere vacante, res diuina, Iurisdictio, Ecclesia, templa item & reliqua infelicissime labefactata, quæ adhuc deuotis mentibus dolorem ingerunt, piis oculis iustas lachrymulas excutiunt, &c.

DE ANTONIO.

ANTONIVS patria Muglicensis ex ordine crucigerorum Generalis Magister, inde concionator bellicus itemque Episcopus Vienensis à Diuo Ferdinando Romanorum Imperarore & Rege Bohæmiæ, restaurato Archiepiscopatu primus declaratus est, homo magni consilii & existimationis domi forisque, qui ad Tridentinum concilium Cæsareus Orator esse meruit. Hic omnes actus Archiepiscopales honorificos exercuit, alloquio benignus & facilis, sub quo duo monasteria Ossecensis & Schwecensis authoritate Pontificia & Cæsarea Archiepiscopatui coniuncta, tandem rebus fœliciter administratis, die S. Augustini diem suum obiit in Metropolitana Ecclesia sacello S. Antonii sepultus.

DE MARTINO.

MARTINVS Muglitio oriundus, ex ordine Crucigerorum Præpositus Peltenbergensis postea eiusdem ordinis Generalis à Sacratissimo pariter & Augustissimo Romanorum Imperatore Rege Bohemiæ RVDOLPHO II. tertia Dominica, post Natiuitatem Christi, Archiepiscopus designatus, à Reuerentissimo & Illustrissimo Domino D. Georgio Drascouitio Archiepiscopo Collocensi Cancellario Vngariæ postea ad Cardinalatum euecto, consecratus, officio suo diligenter intentus, Lantferonii & Duxauiæ templa consecrauit, cancellos per sacella Ecclesiæ ligneos & lapideos erigens, eandemque ornamentis honorans, die Purificationis beatæ Mariæ Virginis obdormiens in domino tumbam suam prope prædecessorem meruit.

DE

DE SPIGNEO.

SPINES vel Spigneus Berka, è nobilissima pariter & antiquissima familia Baronum à Duba & Lippa gradatim ad honores Ecclesiasticos virtutum meritis conscendens, primo Canonicus Pragensis inde Præpositus Olomucensis mox Gregorii XIII. Pontificis Maximi Cubicularius, item Ratisbonensis Episcopatus Administrator, simulque collegiatæ Ecclesiæ Sancti Stephani Litomeritii Præpositus paulo post Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis Canonicus tandem singulari DEI prouidentia & gratia à Sacratissimo & Augustissimo Romanorum Imperatore Rudolpho II. Vngariæ & Bohæmiæ rege, Sabbatho ante festum Sanctæ Luciæ Generalis Magister ordinis Crucigerorum cum rubea stella, electione fratrum Crucigerorum, cui (regendo & defendendo duntaxat sequenti die Dominico se iuramento obstrinxit,) die Lunæ hora pomeridiana tertia in conclaui suæ sacræ Cæsareæ Maiestatis præsentibus primis Consiliariis & Capitulo Archiepiscopus Pragensis (Quod fœlix faustum & salutare sit maxime huic inclyto regno Bohæmiæ) declaratus, ab eodem Capitulo, medius inter Decanum & Archidiaconum inque sedem Archiepiscopalem deductus, cantatoque SS. Ambrosii & Augustini cantico honorifice in suam habitationem, eodem comitatu vt prius reductus, à Reuerendissimo & Illustrissimo D. D. Cæsare Speciano Episcopo Cremonensi S. Sedis Apostolicæ cum potestate legati de latere ad suam Sacræ Cæsareæ Maiestatem Nuncio, assistentibus duobus Reuerendissimis & Illustrissimis Dominis, Dominis Ioanne Kutassi Episcopo Iaurinensi Cancellario Vngariæ & Ioanne Baptista Pihelmaier Episcopo Almirensi, suffraganeo Ratisbonensi, 19. Octobris, qui fuit Dominicus in Ecclesia Metropolitana solenniter consecratus, vt iubar nouum & aurora exoritur, DEVS prosperet sancti patroni faueant & omnis populus dicat, Amen.

Carolus Baro à Lamberg anno 1606. die 14. Octobris à Rudolpho II. Romanorum Imperatore & Rege Vngariæ, Bohæmiæ nominatus est Archiepiscopus & tandem à Pontifice Paulo quinto confirmatus. Deus det illi vitam, gratiam & benedictionem.

LIBER IV.

DE SANCTIS PATRONIS.

SANCTOS Patronos præcipuos ponimus, quorum habemus memoriam celebrem: Nam vt in fine huius libri dicemus, innumeros esse sanctos, qui aut sancte vixerunt in Bohæmia, aut quorum patrociniis gaudet Bohæmia.

DE SANCTIS PATRONIS HVIVS BOHÆMIÆ PIÆ.

SANCTVS Vitus Martyr & Patronus Bohæmiæ, qui puer duodecim annorum, plenus gratia in prouincia Lucenia, contra Imperatoris Diocletiani & patris sui Hilæ voluntatem Christum crucifixum constanter asseruit, neque tormentis neque blanditiis ad Idola cõuerti potuit, sed manus in se coniectas ideoque arefactas, & Patrem splendore Angelorum duodecim instar aquilarum fulgentium in cubiculo suo excæcatum, virtute diuina sanauit, & cum SS. Modesto & Crescentia nutrice ad Silerum fluuium deuenit, vbi ab aquilis enutritus, multa miracula præstitit, vt & dæmones exclamârint, S. Vitum ante tempus ad perdendos eos venisse. Nec diabolus ex obsesso filio Diocletiani Romæ exire volebat, nisi veniat Vitus Lucanus, quem fugauit manus impositione: Et ab eodem Diocletiano in Carcerem postea coniectus, à Christo & Angelis visitatus est, vbi terræ motu cathenę quasi cinis dissipatæ atque ille in medio clibani, tanquam in lauacro iucundo consedit, angelo flammas ignis extinguente. Tunc leonem ad se deuorandum dimissum, S. Vitus signo S. Crucis mansuetum fecit, ita vt ante pedes corruens plantas illi lingeret. Vltimo coniectus in cathasta, cum sociis pro Christo tortus est, vt viscera nudarentur, terræmotu Idola corruerent, & in nihilum abirent, miles & populus extingueretur, donec ab Angelo liberatus & ad Silerum flumen reportatus, emissa anima sepeliri meruit, clarens pluribus miraculis. Cuius brachiũ ab Henrico primo S. Wenceslao, ab eodem vero huic Metropolitano templo quod in S. Viti honorem erexit, datũ. Quod templum S. Wolfgangus Episcopus Ratisbonensis iam à Deo benedictum & futuris sæculis augustius futurum præuidens & tum prænuncians, consecrauit.

S. Wenceslaus Dux & Martyr, sub amita sua S. Ludmilla à Paulo Sacerdoti & Sacellano suo pie educatus & post patris Wratislai obitum (sæuiente in Christianos matre Drahomira, filiolum veneno enecare conante, Christumque execrante, propter quod miserabiliter à terra absorpta periit) Dux Bohæmiæ proclamatus ab omnibus. Idola deiecit, templa & fidem Catholicam restaurando propagauit, ex farina tritici à se seminati, messi, excussi & moliti hostias ex vuis expressis vinum præparans, Sacerdotibus large subministrauit atque ipse missæ deseruiuit, aliisque precibus horariis nocturnis & diurnis interfuit hilariter, nudis pedibus, nocturnis temporibus templa & preces cum Podibio fideli Comite suo frequentauit, sanguinea & calefacientia post se relinquens vestigia. Infantes gentilium, vt Christianos faceret, coemit, orphanis & viduis pauperibus ligna noctu comportauit. Illi duobus angelis comitato Imperator Henricus I. in Comitiis Imperialibus assurgens sedem suam contra edictum suum prius factum, stupendibus Electoribus vltro obtulit, cum è missa ad consensum veniret tardius & brachium S. Viti è thesauro imperiali, quod præ reliquis elegerat, donauit. In cuius honorem templum hoc S. Metropolitanũ ædificari & à S. Wolfgando cõsecrari fecit. Drzlaus Dux Kurimensis illi prius bello molestus, tandem in petito duello, ne sanguis innocens effunderetur, visa cruce & angelo præeunte supplex se dedidit, & Christianus factus est. Oblatam ab Henrico Romano Imperatore dignitatem nomenque Regium respuit, templa erexit, patibula deiecit, Deoq; in omnibus virtutum

optima-

optimarum exercitius egregie militauit. A sæuo Boleslao fratre Germano ad Baptismum filii sui inuitatus, mortis cælitus conscius præmissa confessione & communione lubens venit in cæna familiares suos ad amorem & honorem Dei, atque vt Michaelem Archangelum, qui ea nocte animam suam in cœlum sit translaturus, vtque eorum animas etiam aliquando eo, transferre velit, honorarent, admonuit; Inter nocturnas preces ad limina SS. Cosmæ & Damiani Boleslauiæ à fratricida & à complicibus suis tandem gladio confossus, sanguine indelebili locum omnem conspergens, pie in Domino obdormiuit, factus Deo Martyr acceptissimus, vt apparens in cruce Christi, Erico Daciæ contra Eduardum Britanniæ Regem pugnanti, si sancto Wenceslao hodie Martyri suo facto templum erigendum promitteret, victoriam polliceretur. Quod vtrumque factum & ibidem in hodiernum diem celebris & gloriosus habetur. Post mortem denique magna Christianis & paganis exhibuit miracula & beneficia; Bizenam Boleslai sæui coniugem & ipsum incredulum febre liberauit. Cælitus Michaelem Episcopum Ratisbonensem vt reliqua huius templi consecraret, cohortatus. Et cum frater suis inuideret miraculis & vna nocte Pragam sub vitæ periculo suis mandaret, ille miraculose per fluuios ab angelis transportatus est. Nec carcerem minoris Pragæ transfuchi voluit donec omnes captiui impune dimitterentur.

S. Adalbertus secundus Episcopus & Martyr, illustri Slauorum genere oriundus, febre mirabiliter leuatus, à Magdeburgensi Archiepiscopo Adalberto, cui propter bonas litteras addiscendas & pietatem inbibendam commendatus erat, Chrismate sacro inunctus eodemque vocatus nomine, beatissimæ Virgini Mariæ singulariter vniceque deditus, ideo fœliciter literis & pietate proficiens, cælitus communique omnium voto, reclamante duntaxat ex obsesso quodam dæmone, Episcopus Pragensis electus, à Willigiso Archiepiscopo Moguntino consecratus; propter huius terræ effrenem libidinem, Polygamiam, multosque alios mores perditissimos Romam iuit, vbi à Græca Imperatrice nomine Augusta Ottonem secundum coniugem suum plorante, magnā vim argenti, vt pro illius anima oraret, accepit eamq; mox inter pauperes liberaliter distribuit. Exinde Hierosolymā petiturus ad monasterium sancti Benedicti montis Cassini veniens habitumque petens, Romam remissus est. Vbi Pontificis assensu in monasterio S. Alexii vitam monasticā amplexatus, exinde in Bohæmiam reuocatus, pluuiam largam, ob excommunicationem Pontificis in quartum annum cū graui annonæ penuria per vniuersum hoc regnum negatam, suæ benedictione reddens, nec emendationem apud populum ingratum sperans, ad monasterium prius reuersus est, in quo sanctitatis specimen præbuit, & miraculis multis claruit. Postmodum multa loca sacra per Italiam, Galliam, ac alias prouincias, Bohæmiamque denuo ipsam deuote visitauit. Inde vero rursum eiectus, in Poloniam & Prussiam concessit, vbi prædicando & persecutiones sustinendo, martyrium, quod per lintheum & calicem aureum de cœlo sibi præsignatum fuit, septem lanceis confossus, subiit, Gnesnæque conditus fuit. Vnde à Bretislao Duce Bohæmiæ & vniuerso populo postulatus & vi ereptus, vna cum socio Gaudentio & quinque ordinis fratribus receptus, huc honorifice translatus atque sepultus est, vbi deuote colitur. Cui & Imperatrix Maria, Maximiliani II. coniux sacellum peculiare, in quo adhuc corpus sacrum quiescit, denouo condit.

S. Sigismundus Rex & Martyr, post patrem Gunibaldum Burgundiæ Regnum suscepit, & Basilicam S. Mauritio sociis suisque in Agauno mirifice extruxit nec nō locupletauit, Clericos per choros sibi inuicem correspondentes, cælitus instructus, constituit, S. Religionis martyres propitios sibi asciscens, vt quod ad nouercæ impiam persuasionem filium suum Sigericum vino inebriari & laqueo collo iniecto suffocari fecit, ideoque grauissime deliquit, eorum interuentu sibi pœnitenti condonaretur. Hunc Clodomirus Rex Francorum bello lacessens, fusis fugatisque copiis exercitus sui, capiens, Aurelianisque tradens (præter id, quod B. Auitus Abbas, ne eum occideret, victoriam certam, si secus, eundem vitæ exitum, qui & fuit, insinuauit) in villa Calampina vna cum coniunge & filiis capite plecti & in puteum proiici iussit, inde iterū extractus in Basilica prædicta, quam in honorem & amorem SS, Martyrum ędificauit, post multos annos sepultus, in numerum sanctorum relatus, multis miraculis ibidem & hic Pragæ, quo eum Carolus IV. Rom. Imp. Rex Bohæmiæ honorifice transuexit: præcipue autem à febre liberando claruit.

Sanctus Procopius confessor, pietate & literis, meritus Sacerdotium, habitum postea sancti Benedicti adsumpsit & auxilio Vdalrici Regis Bohæmiæ, quem ad sanctum Procopium venientem ex venatione fessum, aqua in vinum sua benedictione conuersum refecit, è specu, quam inhabitabat Diuus ille prope Sazauam, templum D. Mariæ virgini & S. Ioanni Baptistæ sacrum erexit. Ibi Abbas existens, omnis generis infirmos sanauit, dęmones potenter eiecit, & arare fecit, eos flagello cogens, captiuos redemit, Mennonem ad suā processionem venire cupientem, scapha resoluta è ripa mirabiliter aduehi fecit, mortemque suam & mala futura charissimis suis Vito & Emmerano prædixit, & post mortem euidam Labessæ in fuga eum inuocanti fluuium in glaciem conuertit, & cessante periculo in fluuium resoluit, fures ad ablatorum restitutionem coegit, ægros sanauit, & vinctos libertate donauit. Pontifici Innocentio, vt eum in Diuorum numerum referret, apparuit Romæ, cum Abbatem Blasium huius ergo Romam missum non vellet exaudire. Patronus magnus, miraculis.

Sancta Ludmilla Ducissa Bohæmiæ, gentilis quidem & ipsa nata atque educata, suoque Idolo Crosinæ primo nimium addicta ac deuota, sed post maritum Boriuoium in Morauia, à sancto Cyrillo Episcopo baptizatum, etiam ipsa ob vehementem erga Christum maritumque suum amorem ab eodem Episcopo baptizata, septem Ecclesias condidit, & tota iam Deo dedita sanctum Wenceslaum à cunabulis piissima amita educauit, vnde Dei gloria, & salus populi fuit propagata, è cuius matris impijssimę instinctu à Cumanno & Thumanno pessimis latronibus, quos à iuuentute itidem sicut mater aluit & conseruâuit, prius tamen ab angelo monita, prærulit confessione & communione, salutataque familia & exoluta, peplo collo iniecto sub ipsa nocte suffocata & allisocapite saxo vbi preces suas frequenter effudit, quod in hodiernum diem in templo S. Georgii in arce Pragensi, apud moniales reseruatur interempta est, remanentibus in templo D. Catharinæ Tbetinensi, vbi sepulta est & corpus suum, per aliquot annos incorruptum remansit, indelebilibus profusi sui sanguinis vestigiis. In qua Ecclesia, nemo hominum huc vsque sepeliri potest, quin a terra noctu euomatur. Postea à S. Wenceslao incorrupta, toto corpore fragrans & venerabilis: Pragam magna solennitate translata est.

Sanctus Ioannes Eleemosynarius, Martyr qui ex Nepomuk huius terræ oppido oriundus, huiusque sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, cum Wenceslao quarto Regi, ad instantiam suam ante & in tormentis confessionem peccatorum coniugis suæ, sibi sacramentaliter factam, (sic enim ille liberius in eandem coniugem suam piè eum transgressionum suarum sæpius monentem sæuire noluit,) nollet patefacere, de ponte in Muldam fluuium præcipitatus est & luminibus noctu supra aquā, vbi corpus suum latuit coruscantibus, certissimis innocentiæ sanctitatisque suæ testibus manifestatus, in Ecclesiam S. Metropolitanā solenniter ab omni Clero & populo translatus, vbi etiā hodie qui sepulchrum temere dehonestat, publicæ ignominiæ protinus subiicitur. Hic vero admirabile & inauditū perpetuumq; inuiolati S. confessionis sigilli & confessionis tam faciendæ quam audiendæ monumentum hoc ipso reliquit.

S. Iuanus Confessor, filius quondam Gestimuli Regis Croatiæ, Regnum mundi & omnem ornatum eius contempsit, in Eremum iuuenis secessit, decem annos solis radicibus herbalisq; victitans, donec à fratribus suis eum solicite quærentibus, visitatus, nec tamen ab iisdem (quod à Deo precibus obtinuit) cognitus, donec in solitudinem quandam Bohæmiæ, sub Neclano Duce Bohæmiæ deuenit, vbi cum cacodæmone diu multumque depugnans, iamque quasi pertæsus loco cedere voluit, nisi S. Ioannes Baptista sibi fugienti occurrens Crucem tribuisset, qua Spiritus malignos potenter exturbauit, vnde lacte ceruæ enutritus & à Boriuorio Duce Bohæmiæ (quem S. Ioannes illo tempore sibi prædixit affore, vt & illi significet templum in hac spelunca sua, in honorem sanctæ Crucis, beatissimæ Mariæ virginis & sancti Ioannis Baptistæ post mortem suam ab eo erigendum) primum inuentus & ex illius relatione à sancta Ludmilla pie visitatus, quos postea ad eorum multas preces iterum salutauit in arce Tetin, gloria rerum cælestium illos pascens. In reditu (conspectus hominum semper & vbique fugiendo) abditas vias quærens, prope Zodnize, iam fessus super asperum saxum residens, illud planum effecit, vbi percussus lapide ad sanguinis effusionem, lapidem indelebili sanguine conspersum, qui in sui memoriam huc vsq; asseruatur, celebrem fecit & eundem equū sibi à rustico cōmiserante, concessum, è solitudine sua quā primum & longe meliorē redire iussit: Iamq; morti proximus à Paulo Sacerdote (quē

sanctæ

S. Ludmilla in somnis ab angelo monita ideo præmiserat) præuia confessione sacram communione, & vltimo sepulturam, vti semper hæc omnia à DEO precatus erat, hocque templum suique memoriam beatissimam obtinuit, vbi à Religiosis clientulis suis ibi Deo seruientibus, frequentique populi concursu deuotissimè visitatur & colitur. Cuius festiuus dies proprius est, qui & S. Ioannis Baptistæ.

S. Cyrillus & Methudius ex Alexandria venerunt in Morauiam Slauonicæ Græcæque linguę periti, quibus vt Aprilis Rex Suatoplucus obuiam processit, & patuit, à quibus & fidem & baptismum suscepit, vnde & Cyrillo Episcopo Cathedralem Ecclesiam in Wellehard, vbi nunc Abbatia est, erexit & fundauit. Idem Cyrillus à Rege ad se inuitatum Ducem Bohæmiæ gentilem adhuc Catechisauit & baptizauit, promittens illi magnam futuram Dei gratiam (prout de illo inter Duces Bohæmiæ commemorauimus) idem & Ducissam Ludmillam postea baptizauit, magnum fructum quo ad Religionē in Morauia & Bohęmia producens. S. Clemētis corpus prius in Morauiā, postea secum pro maiori securitate & propter hæreticos venturos Romam aduexit, vbi & mortuus, Methudium successorem relinquens. Qui corpus S. Cyrilli ad excitandum in deuotione Morauos, in Morauiam voluit reducere, sed nec Pontifex consensit nec S. Cyrillus, qui dum in via per vim velleretur, eleuata dextera ostendit se Romam petere, quo & corpus sacrum reductum. Atque idem S. Methudius, postquam multum laborasset in vinea Domini, Romam reuertitur ibique in Domino obdormiens, sancto Cyrillo coniungitur.

Sancti fratres, & Martyres Poloni, Vitus, Ioannes, Matthæus, Benedictus, Isaac, & Cristinus magnam vitæ austeritatem professi, olus semel per sabbatum nunquam vero dietim acceperunt, panem raro, pisces nunquam, legumen duntaxat in paschate, aquam ad certum pondus, vestes asperas habuerunt, lectulum petram: lachrymæ fuerunt illis panes die ac nocte, dum recordarentur peccatorum populi vniuersi, Silentiū perpetuum seruauerunt, mutuoq; sese flagellandos dederant, Dux Mesko videns illorum paupertatem & vitæ miserias, liberaliter mittit illis Marchas centum, se illorum commendans precibus, quę illi statim remittunt principi, tanquam solutis, quam quærunt, obstacula: Latrones autem de talibus donis edocti & spe auri consequendi impetum faciunt in sanctos, quos occidunt & Martyrio illo afficiunt. Hi postea cum S. Adalberto Pragam allati & Patroni nostri facti sunt.

B. Hroznata è familia Guttensteiniana oriundus, cum eum enixa mater inuenisset mortuum, ad patrocinium S. Mariæ virginis confugit & precibus meritisq; suis vitam ei obtinuit. Qui cum matre in curru vectus & incuria suorum decidens sub rotam, damni nihil sensit. Idem cum Cracouiæ pietati deditus esset & literis Istulam flumen balneatum ingressus, subuersus est, tandemq; inuentus & viuus quidem. Qui rogatus, quomodo se sub aquis saluare potuisset, respondit. Pulcherrimam virginem illum manu sustentasse, & licet Primislao principi charus esset, fastidiuit tamen aulæ mundiq; honores & infanias falsas, ita vt sibi peregrinationē Hierosolymitanam animo firmiter proponeret: verum veniens ad littus maris, illiusq; procellas periculosas perhorrescēs, Romam secessit à Pontifice capturus consilium, quomodo votum peregrinationis illius in aliud bonum cummutaret. Atq; monitus vt monasterium ordinis S. Northerti religiosis extrueret, domū rediens: & monasteriū Teoplicense condidit, & locupletauit, quod dum Ioannes Episcopus benediceret, medio die stella lucidissima supra Ecclesiam visa est per longum tempus. Hroznata confectis omnibus quæ ad bene fundatum monasterium pertinent, Romā redit atq; Pontifici quæ gesta sunt, explicat atque petitum ordinem S. Northerti ab eodem cum Priuilegiis. In dicto claustro Abbas existens bene pieque vixit & rexit quamuis multa mala & exilium etiam à fratribus pati coactus. Capitur tandem propter patrimonium Dei antique famem sacram à vicinis & in arcem Kunsperg ducitur, vbi iam mortuus, feruo suo demandat vt DEI beneficio, quo & sanctus Petrus liber euasit, è terra prosiliat, mortem confratribus denunciet, & ad sepeliendum eum cohortetur. Quo facto fratres redimunt corpus sacrum prætio licet iniquo, illudq; Tonplæ sepeliunt, sub quo tempore lampas vitrea accensa decidit, nihil incommodi passa, aliaque mirabilia facta, quo ad odorem & sanitatem corporum.

B. Woizlaua soror eiusdem B. Hroznatæ monasterium Chotiessouiense virginibus sacris ordinis S. Northerti ædificauit in quo & piissimè vixit & vsque ad mortem gubernauit.

B. Mlada soror Boleslai pii Ducis, filia Boleslai sæui à Pontifice obtinuit habitum & ordinem S. Benedicti cum baculo & aliis indultis & facta est prima Abbatissa monasterii S. Georgii in arce Pragensi.

B. Zdislaua è familia Baronum Berkarum, septennis ingressa est solitudinem, vbi procul à conspectu hominum, Deo propinquior vixit, sese flagellans, media affligens, genua super duros lapides cruentans, sese exinaniens, veste aspera induta. Postea ducto marito fuit larga in pauperes, quorum pedes & sordes lauit, & vulnera saniosa linxit, neuit in vsum ipsorum & multa similia fecit tandem vt fugeret mariti Tyrannidem, licentia obtenta, ingressa est ordinem Prædicatorum, cuius regulam strictam non tantum diligenter & libenter obediendo expleuit, sed in & sumptus ad ædificium monasterii adiecit, & ipsa saxa humeris suis comportauit, aliosque labores durissimos sustinuit, donec sentiret se morituram, proinde & sepulchrum sibi fieri fecit, in quo in oppido Iablonę & condita & miraculis claruit plurimis. Cumque & maritus mortem illius doleret grauiter, apparuit illi rubea veste induta, Beata Zdislaua consolans eum, & portiunculam vestis relinquens.

B. Agnes, Primislai Regis Bohæmiæ filia., quam parens in somnis intellexit futuram sanctam, ex habitu ostenso sanctæ Clarę, eamque sæpe in cunis in crucis modum complicare brachiola, similiter & pedes; illa in Trebnicensi monasterio assueta piis exercitiis, ieiuniis, Eleemosynis, orationibus & pietatis Christianæ officiis repudiauit Friderici Cæsaris & Angliæ regis nuptias, quod legatus Cæsaris in somnis edoctus, dum vnam coronam vidit deponere, alteram gloriosam magis sibi imponere. A Pontifice nouo Gregorio obtinet habitum sancti Francisci & multa priuilegia tam ab eodem quam à Cæsare. Conditque monasterium in honorem S. Francisci, quod ordini Crucigerorum cum rubea stella dedicauit, vt ibi pauperes alerentur cuiuscunque generis. Postea & claustrum pro monialibus sanctæ Claræ liberaliter instruit, vbi seruiuit vt famula Martha, cui sancta Clara audita fama illius gratulata, mittens ab Innocentio quarto regulas confirmatas, quas & hæc ab Alexandro quinto confirmari denuo petiit. Cumque moneretur a Cardinale Ioanne Legato Gregorii decimi, vt sibi de propriis quid seruet, pro necessitatibus contingentibus, respondit se omnia reliquisse sęculo, tamen Ecclesiis vnam partem, alteram sororibus, tertiam donauit infirmis. Indigenti pro sororibus quadam feria sexta panem Deus mirabiliter subministrauit sicut & alia vice fundulos, aliâs ipsa multum ieiunio & carnis macerationi dedita, flagellisque item indumentis asperioribus & precibus frequentioribus quam solebant sorores. Filiam fratris regis à morte precibus suis reuocauit, quæ tamen tædio vitæ mundanæ paulatim rediit, vnde vocata fuit. Hinc passionem Christi mire meditata & venerata est, & communionem sacram seorsim accepit, visitauit infirmas sorores, necessaria subministrauit.

Primislao contra Rudolphum Cæsarem obtinuit precibus victoriam. Vidit & diuinitus angelos & thuris flammam circum Brigittam S. Claræ ordinis, cum vellet emoti, & ipsa mensis Martii die sexta, hora quę Christi fuit mortis, obiit cũ magna claritate odore & omnium lachrymis & in templo beatissimæ Mariæ virginis, vbi frequens orauit, sepulta est, pręclara valde, infirmis, & mortuis exhibens miracula.

Sed quis omnes singulosq; sanctos & beatos patronos enumerare poterit, cũ in tota Bohæmia in oppidis & extra insignes fuerint, Ecclesiæ Cathedrales & cœnobia, vbi aut per vitã beatã aut p Martyriũ innumeri in cælos cõmigrarunt. Nã vt ab Ecclesiasticis ordiar, fuit Dominus Archiepiscopus cũ suffraganeis suis, Capellanis & sanctuariis, Prępositus, Itẽ Decanus, Archidiaconus, Scholasticus aliiq; Pręlati Ecclesię Metropolitanę, Præpositi deinde Meluicensis, Boleslauiensis, omnium sanctorum & Litomericensis, qui habebãt stellũ in Choro sicut & Abbas Carlhouiensis, postea Canonici prębendati 26. nõ p̃bendati 10. medii p̃bendati 2. Custos, officialis Archiepiscopi, Tumbarius, plebanus, sacrista Vicarii instellati 4. Pręlatorum 34. Altaristę duplices, Magister Fabricę, pręcentores duo, Pœnitentiarii 4. Procurator, mansionarii 24. qui noctu diuque in templo psallebant, Pręcentor psalteristę 24. Hebdomadarii 4. Presbyteri extra ordinarii vel vltranumerarii 34. Choralistæ 30. Bonifantes 12. Beguinę hoc est matronę, quę habebant curam lauandorum eorum, quorum vsus in templo. 12. Capellatii duo, Campanatores duo, altaria 41. Et hęc penes vnam Ecclesiam Metropolitanã, vt alia pręteream. Arx plena domib. Ecclesiasticorũ, vnà cũ Ratschano & minori Praga. Pręter Ecclesiam S. Metropolitanam, sancti Viti, fuerunt Collegiatæ omnium

san-

Sepulchrorum, S. Martini in minori Praga, S. Nicolai in veteri vt & S. Egidii SS. Petri & Pauli in Wissegrad, S. Stephani in noua Praga vt & S. Apollinaris itemque SS. Petri & Pauli. Fortis autem & extra Pragam, S. Martini in oppido Kostelcz, S. Stephani Litomierici, S. Iothardi Slanæ ibidemque, S. Wenceslai, SS. Cyrilli & Methudii in veteri Boleslauia, S. Wenceslai in Profik penes Pragam, SS. Petri & Pauli Melnicii, S. Stephani in Cruow, beatissimæ virginis Mariæ in germanica Broda, S. Ioannis in Morassycych, S. Crucis vel passionis Christi in Carlstein.

Monasteria vero per vniuersum Bohemię Regnum fuerunt. Ordinis sancti Benedicti 26. sancti Dominici 20. Cistertiensis 14. Præmonstratensis 15. Canonicorum regularium 10. Eremitarum, sancti Augustini 11. Ordinis minorum fratrum, sancti Francisci 22. Mendicantium eiusdem ordinis 9. Cœlestinorum 3. S. Mariæ Magdalenæ 4. Crucigerorum Prutenicorum 3. Hierosolytanorum vel Melitensium 6. Crucigerorum cum nauicula 3. Crucigerorum cum rubea stella 2. sed nunc vltra illa habentur seu Templariorum 18. Carthusianorum 2. sanctorum Martyrum vel S. Cyriaci, vnum Pragę prope Iudæos, S. Ambrosii vnum. Minimorum alterutrum gloriosæ virginis Mariæ vnum in noua ciuitate sub Wissegrado. Sacella præterea bene dotata Pragæ 19. Parrochiales Ecclesiæ per totum Regnum 2303. Ex quibus omnibus cultus atque deuotio Bohemiæ, in Bohæmos, patronorum sanctorum multitudo, merita, & patrocinia possunt cohici, cæco processiones peregrinationes, vota, in templa & Ecclesiasticos inexplicabilem affectum & promptitudinem ad domus Dei construendas, vel in dando pecuniam vel adiuuando laborem, vel voluntarię & fideliter agendo. Cum Toeplense monasterium construeretur, proposita fuit patua patina, vt laboratores & mercenarii diurnum stipendium tres paruos obulos ipsimet ex ea, nemine præsidente depromerent. Alia esset immensi laboris enarrare. Reliquiarum sanctarum antiquissimarum etiam & rarissimarũ in Ecclesia Metropolitana & in arce Carlstein conseruatarum non est numerus. Hoc solum adiiciam, quod post mortem Regis Wenceslai, expugnatamque arcem Carlstein & tandem per Regem Sigismundum filium Caroli IV. perque suos complices tantum auri argenti & lapidum prætiosissimorum ablatum, quantum ducenta millia auri Vngarici redimere non possent: Iam merito valemus dicere: Olim fuimus Troes. Sed gloriamur nos de Bohemia pia, sicut autem non priuabuntur bonis qui ambulauerint in innocentia, nec carebunt mercede sua & gloria qui pro Deo Religione Catholica & pro animarum suarum salute, vitas & fortunas adiecerunt: ita non euadent illi pœnas aut damnationem, quicunque Deum Religionem & conscientiam propriam, contempserunt, aut non ita curarunt. Reddent enim omnes rationem in die iudicii. Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternum.

L A V S D E O.

LIBER V.

DE EXORDIIS PRIVILEGIORVM A DVCIBVS ET REGIBVS CONCESSORVM.

RESPIRAT ipsa pietas tam Ducum & Regum quam populi erga Deum, Religionem Catholicam & sanctos Patronos ex ipsis duntaxat exordiis datorum Priuilegiorum, vt exteri etiam illa vehementer mirentur & collaudent. Hæc autem posuimus, quæ penes Ecclesiam sanctam Metropolitanam haberi poterant. Quis enim omnium priuilegiorum omniumque fundationum, concessionum, erectionum & gratiarum per vniuersam Bohemiam, in vnum opus, tam facile contraheret? sufficiat ex his iudicare reliqua.

PRIVILEGIVM DOMINI REGIS OTTOCARI DE MENSVRA, &c.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Amen.

OTTOCARVS, qui, & Premizl Dei gratia quintus Rex Bohæmorum Dux Austriæ & Stiriæ, Marchio Morauię, omnibus in perpetuum, vt Regi Regum æterno Rex complaceat temporalis inter cætera pietatis opera quibus æterni Regis Solium scanditur. Principû, Serenitatis excellentia per vigili debet studio meditari. Qualiter piis locis ac viris Deuotis de bonis temporalibus taliter, vt à Deo retributionis, præmium & in gentibus habere valeat nomen bonum: hinc est quod notum esse volumus præsentibus & futuris, quod nos ad honorem sancti Wenceslai Martyris gloriosi ac aliorum Patronorum Pragensis Ecclesiæ liberalitate solita eidem Ecclesiæ & Canonicis eiusdem pro remedio animarum progenitorum nostrorum vt perinde eorû memoria habeatur sicut olim Serenissimus & percordialis Pater noster Wenceslaus Rex Bohæmorum quartus Mensuram Regalę quę Chstrina Wulgaliter appellatur, in ciuitate Pragensi regia liberalitate contulerat. Ita & Nos ob reuerentiam Dei & beatorum Martyrum prædictis Ecclesiæ videlicet, & Canonicis in perpetuum eandem concedimus & donamus, statuentes vt nullus religiosorum aut secularium siue adueniens in ciuitate eadem in alia mensura emere vel vendere audeat quam in illa. Quilibet vero emptorum cuiuscunque generis Annonã emerit, de qualibet mensura vnum obulum Pragensis monetæ persoluere debet Ecclesiæ ac Canonicis per notatis, &c, Anno Domini M. CC. LXII. Datum ibidem per manus Magistri Arnoldi prothonotarii XII. Cal. Februarii.

Priuilegium quòd homines Ecclesiæ arrestari & detinere non debeant pro delicto aut debito per aliquem.

Wenceslaus Dei Gratia Rex Bohæmorum & Marchio Morauiæ, &c.

MAIESTATI nostræ Laudes attollimus, at Diuinam gratiam per quam Reges regnant & Principes fœliciter dominantur credimus promereri dum loca diuino cultui dedicata & illa præcipue quibus Regnum nostrum tamque caput dyademate Regio decoratur in suis iuribus generose fouentes, nouas eis libertatum, gratias & libertates concedimus gratiosas. Notum sit igitur vniuersis & singulis & præsentis ætatis hominibus & futuræ tenore in præsentium inspecturis quæ nos sanctam Pragensem Ecclesiam quam velut aliarum Ecclesiarum Regni nostri Matrem & Dominam amplius reueremur, non solum in assequutis olim fouere & conseruare iuribus sed nouis ipsum libertatum gratiis lætari & crescere cupientes. Honorabilium virorum dilectorum Capelanorum nostrorum Domini Vlrici Præpositi Magistri Gregorii Decani & aliorum Canonicorum eiusdem Pragensis Ecclesiæ

clesiæ nobis deuote supplicantium precibus benignius inclinati omnes & singulos eiusdem Pragensis Ecclesiæ homines tam præsentes quam futuros tali ex nunc imperpetuũ gaudere volumus libertatis priuilegio de nostra gratia spirituali quod nullus Baro, Nobilis, Iudex prouinciæ vel ciuitatis, Ciuis, Villicus vel alter officialis noster nec aliquis alter cuiuscunq; conditionis vel officii sint in nostro diuino constitutus, eosdẽ homines in ciuitate nostra Pragensi vel extra ciuitatem & in quacunque alia ciuitate, Castello, Oppido, Villa Regni nostri pro delicto vel debito detinere occupare vel impignorare præsumat nisi in actu delicti siue criminis aliquis ex prędictis hominibus caperetur & tunc si idem homo captiuatus pro crimine pœna puniendus fuit, capitali, bonis ipsius, non ad nos nec ad nostros beneficiarios vel Iudices aut quemcunque alium officialem nostrũ addicti hominis Domini siue ad ipsam Pragensem Ecclesiam deuoluantur, si vero prædictæ homo Ecclesiæ patrato delicto euaserit quoquo modo, nullus audeat ipsum postmodũ captiuare. Tenore præsentiũ statuentes prędictę Ecclesiæ homines tam pro delictis quam pro debitis corã suis Dominis & non alibi in iudicio per querelantem, quemlibet debeant conueniri vel coram beneficiariis nostris Pragensibus, si is qui contra eosdem homines vel aliquem ex iisdem pro delicto vel debito causam mouere voluit nõ coram ipsorum Domino, sed coram beneficiariis Pragensibus, eosdem homines in iudicio malint conuenire, &c. pro vt in Priuilegio. Anno Domini millesimo, Ducentesimo, octagesimo sexto. Quarto decimo Cal. Iulii, Indictione quarta decima, &c.

Priuilegium libertatis Obedientiæ Quadragesimali in prouincia & regione.

OTACARVS Dei gratia Rex Bohæmiæ Dux Austriæ, Styriæ, Carintziæ, Marchio Morauiæ. Dominus Carniolę, Marchio Egrę ac portus Naonis omnibus imperpetuum. Plurimum nobis cedere putamus ad gloriam si nostræ præminentiæ celsitudo de Regiæ benignitatis clementia honorabiliũ personarũ desideriis condescendens ipsorum petitionibus oculo genere fauoralis arrideat, & illas præcipue preces exaudit per quas & caput hominis laudum præconio munificentia Regalis attollitur & apud Deum retributionis præmium promeretur, &c. Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, septuagesimo quarto. Tertio Idus Nouembris. Tertiæ Indictionis, &c.

Confirmatio seu ratificatio caussa literarum siue libertatum Ecclesia Pragensis facta per Diuum Karolum Imperatorem sub Bulla aurea.

KAROLVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohæmiæ Rex quod perpetuam rei memoriam. Et si Regalis mansuetudinis prouidentia sub dictorum curam gerens quod ea quæ Reipublicæ statum respiciunt diligenti solicitudine tenetur intendere atque voluntarios affectare labores vt subiectus nobis populus inoptata pacis tranquillitate quiescat; illa merito vberiori quodam fauore prosequitur quæ sanctarum Ecclesiarum & Ministrorum omnipotentis Dei sapiunt modum & honorem. Sane singularis ardoris & deuotionis eximiæ affectus quem Ecclesiam Metropolitanam sanctę sedis Pragensis & beatissimos Martyres & Patronos nostros quorum venerabilis reliquiis & nominibus eadem insignitur Ecclesia semper gessimus & multiplicatis fauoribus gerimus in præsenti propensius nos inducit vt ad amplificandum eiusdem Ecclesiæ statum honorem & commodum feruentius & vigilantius meditemur. Ea propter vniuersa & singula priuilegia, literas, gratias, libertates, emunitates, cõcessiones, iura, feuda, bona, possessiones, prædia & consuetudines prædictę Ecclesię in capite & in membris à recolendæ memoriæ prædecessoribus nostris Illustribus tum Bohæmiæ Regibus, seu Ducibus, seu Imperatoribus & Romanorum Regibus indulta seu indultas, cõcessa seu concessas seu quouis titulo, emptionis, donationis, concessionis, permutationis aut quæ ex legatis & testamẽtis nũc obtinẽt, de plenitudine potẽtis, Regis cuius gubernaculis Diuina fauente clementia feliciter præsidemus necnõ maturo propter & fidelium nostrorum consilio præcedente & ex certa nostra scientia de verbo ad verbum in omnibus suis clausulis & sententiis ac si prædictorum, priuilegiorum, literarum, libertatum, immunitatum, concessionum, iurium, consuetudinum tenores in propriis apicibus clausulis essent præsentibus inseri & totaliter interclusa in

innouamus approbamus ratificamus laudamus præsentis sempiterni patrocinio Scripti autoritate, Regia confirmamus, decernentes ac volentes prædictum omnia perpetuis temporibus obtinere inuiolabilis robur firmitatem. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ innouationis & confirmationis gratiam infringere, aut ei temeraria præsumptione aliquo contraire. Siquis autem vel si qui contrarium attemptauerint seu attemptare præsumpserint velut indignationis nostræ aculeum & pœnam granissimam ad arbitrium proprium, infligendam pœnam, centum Marcarum auri puri quarum medietatem fisco regio, & aliam medietatem antedictæ Ecclesiæ Pragensi applicari volumus, se nouerint irremissibiliter incursuros. In quorum omnium testimonium atque robur perpetuo valiturum præsentes literas conscribi & Bullæ nostræ aureæ munimine fecimus communiri. Datum Pragæ Anno Domini millesimo trecentesimo, quinquagesimo secundo, Indictione quinta, vndecimo Kalend. Ianuarii Regnorum nostrorum Anno sexto. &c.

Confirmatio Priuilegiorum & libertatum Sacristiæ.

WENCESLAVS DEI gratia Dominus & hæres Regni Bohemiæ & Marchionatus Morauiæ, ratione docente, perpendimus quod licet Ecclesias quaslibet sub cuiusque sancti titulo dedicatas debeamus, ex zelo sacræ fidei fauoribus confouere, eapelle cum illius sancti decimus censemur protapia vestratibus intendere tenemur obnoxius, eoque & ipsam fides incitat & exuberans quædam dilectio exigit, quam cognatis mentibus linea sanguinis inserit ex natura. Nouerint igitur vniuersi tam præsentis ætatis homines quam futuræ quod dilectus capellanus noster Andreas Sacrista & Canonicus Pragensis nobis quoddam priuilegium præsentauit petens humiliter vt ipsum renouari facere ac in ipso contenta confirmare benignius dignaremur. Erat autem priuilegium ipsum non abolitum, non abrasum, nec in aliqua parte sui viciatum sed in prima & integra sui figura consistens & tenor seu continentia eius talis. Datum Pragæ per manus Magistri Welizdai Pragensis & Wissegradensis Canonici prothonotarii Regni nostri. Anno Domini millesimo, ducentesimo, octagesimo quarto, tertio decimo Calend. Decembris, tertia die Indictionis. &c.

Litera Domini Imperatoris super libertate Clericorum Ecclesiæ Pragensis quod ipsi ad rusticana opera non teneantur nec compellantur.

KAROLVS DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex Notum facimus vniuersis & si Regiæ dignitatis circumspecta benignitas omnium Ecclesiarum statum teneatur intendere, præcipue tamen ad ea quæ Metropolitanæ sanctæ Pragensis Ecclesiæ commodum & honorem prospiciunt, quadam singulari prærogatiua, solertia meditatur tum quia natalis Patriæ solum pia dulcedine in mente tum quia Patrimonialis. Regem dilectio nos ad fauorabilem prosecutionem dicere Matricis Ecclesiæ cottidianis suggestionibus non desinit animare. Datum Pragæ Anno Domini millesimo, trecentesimo, quadragesimo octauo, Indictionis prima, vndecimo Idus Septembris Regnorum nostrorum, Anno tertio. &c.

Priuilegium quo conceditur quod Pragensis sancti Georgii & omnium Sanctorum possint domos suas libere donare & legare in vita & morte pro sua voluntate.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter, Amen.

KAROLVS quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Inter arduas sollicitudinum curas, quibus pro subditorum nostrorum quiete Spiritus noster hinc inde distrahitur ad venerandam & dilectissimam in Christo Genitricem nostram Pragensem Ecclesiam in qua regenerationis sacræ salutifera suscepimus Sacramenta, & per consequens ad alias Ecclesias in castro Pragensi constructas pro reuerentia & amore. Incliti Martyris sanctissimi Wenceslai Patroni & antecessoris nostri eximii aciem considerationis nostræ dirigimus & affectum sedulum destinamus, quemadmodum eadem Ecclesiæ tanto frequentius fidelis populi accessus adeuntium & quiescen-

 tium

tium ibi ſanctorum meritis apud altiſſimum & Domini populus audietur quanto in condigna illorum memoria ſacer conditoris, & militum ſuorum cultus illic ſolemnius celebretur, nec enim inmerito ſunt illius loci Eccleſiæ cultu quodam præcipuo venerandę quo cæleſtis conſilii benigna prouiſio tot & tantorum Martyrum ſacrata peruidit corpora collocari quos iam conſtat cum Chriſti beata ſemper immortalitate lætari. hinc eſt. Datum Pragæ Anno Domini milleſimo, trecentiſimo, ſexageſimo, ſecundo. Indictione XV. V. Idus Octobris. Regnorum noſtrorum, Anno decimoſeptimo, Imperii vero octauo, &c.

Priuilegium donationis cuiuſdam in holubicz.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen.

REGALEM decet excellentiam commodis & perfectibus Eccleſiarum feruenter intendere & commodam occaſionem impedimentorum, quæ rebus vel perſonis Eccleſiaſticis poſſet, aliquatenus emergere claro mentis intuitu prouiderem & peruſam munimine Regiæ dignitatis penitus reſecare. Notum itaque ſit, &c.

Literæ teſtimoniales de Cingulo ſanctæ Mariæ & aliis multis precioſis reliquiis.

KAROLVS DEI gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohæmiæ Rex, Venerabilibus Arneſto ſanctæ Pragenſis, ſedis Archiepiſcopo, Epiſcopis, Principibus, Præpoſitis, Decanis, Canonicis, Capitanis, Collegiis Abbatibus: Prioribus & & religioſis quibuslibet Baronibus, nobilibus & vniuerſitatibus Clericis & populi prędictarum ditionum noſtris Regni & Coronæ Bohæmię fidelibus ad noticiam preſentia contigit peruenire. Gratiam Regiã & omne bonum. Ineffabilis diuinæ Miſericordiæ pietas & conſiliorum eius in perſcrutabilis latitudo ſicut ſtatus noſtri magnitudinem de immenſæ virtutis Arcano non exigentibus meritis noſtris quadam ſingulari prorogatiua fecit inſignem vt dum vniuerſalis mundi gubernaculis præſidemus in pacis amœnitate lætetur ſub fœlice noſtro regimine populus Chriſtianus ſit iuxta deſideria noſtri cordis generoſam illam plantaginem Matrem noſtram dignam Deo ſanctam Pragenſem Eccleſiam Regnum & Coronam Bohæmiæ & ſubditam Maieſtati noſtræ fidelem populum grata benignitate reſpexit, nobis tot & tantorum Martyrum & ſanctorum reliquias fœliciſſime miniſtrando, vt qui pridem cum ſubiectis nobis fidelibus, zelo & amore fidei Orthodoxæ ad Diuini nominis cultum aſpiraſſe dinoſcimur nunc Creatorem & Plaſmatarem omnium in ſanctis ſuis quorum obtinuimus ipſo diſponente Reliquias deuotiſſimè reueremur. Sane dum lapſum, &c. Datum Moguntię per manus venerabilis Ioannis Lutzomisleni Epiſcopus Prothonotarii noſtri, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo quarto. Indictione ſeptima, IV. nono Ianuarii Regnorum noſtrorum Anno octauo (ſimilis illi litera ſecunda habetur, ſub Bulla aurea. &c.

Litera teſtimonialis ſuper libros Euangeliorum ſancti Marci.

KAROLVS DEI gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohæmiæ Rex venerabili Arneſto Archiepiſcopo Pragenſi Principi ac honor. Præpoſ. Decano Stanconi Scolaſtico & Capitulo ſanctæ Pragenſis Eccleſiæ deuotis noſtris dilectis gratiam Regiam & omne bonum. Excitat cor noſtrum illius intimi amoris integritas quo circa Pragenſem Eccleſiam prædictam, almam Matrem noſtram in quo ſalutiferæ regenerationis ſumus lauacro delibuti & circa glorioſos Martyres Vitum Wenceslaum, Adalbertum, quinque fratres nec non Procopium & beatam Ludmillam Patronos noſtros ardenter afficimur eandem Eccleſiam iugi ſemper honore & reuerentia deuoto animo veneremur, & pio deſiderio pſequam̃, & de eius exaltatione multiuariæ ſolicitudinis ſtudio quantũ celitus conceſſum fuerit intẽdamus, q tunc nos exequi rite perpendimus, dũ dictæ theſauris aggregam⁹ Eccleſię, quintũq; per terras & loca ſacra Imperii cui⁹ Deo propiti⁹ licet immeriti, moderamur, habẽs de theſauris ſanctorũ locorũ precioſũ nobis & nobile miniſtratur. Hinc eſt quę dũ ad Patriarchas tũ Aquilegien. vias noſtras dextera Domini dirigẽte propiti⁹ dirigẽte pridie veniſſem⁹ inuenim⁹ in Ec-

clesia Aquilegiensi, totum librum Euangelium sancti Marci Euangelistæ latinis literis in septem quaternis propria sua manu conscriptum de quibus duos quaternos vltimos deuotis precibus nobis obtinuimus elargiri qui quomodo illuc peruenerit, in vltimo folio dictis duob. quaternis apposito Regia manu nostra plene scripsimus ad rei memoriã sempiternã, hos nimirum duos quaternos tantis desideriis acquisitos vltimo dictę Pragensi Ecclesiæ ad honorem & gloriam Dei omnipotentis, & sanctorũ Patronorum nostrorum, ac eiusdem Ecclesiæ sanctissimæ & dilectissimę Matris nostræ, duximus dirigendos. Deuotionem nostram affectuosius exhortantes, quartum tam preciosum & insigne clenodium præditum videlicet sanctum Euangelium, &c. Datum Feltri Anno Domini millesimo, trecentisimo, quinquagesimo quarto, &c. Simile priuilegium de sancta Cruce sequitur, &c.

Litera testimonialis de ligno Domini & aliis reliquiis quas Imperator attulit de ciuitate Treneriensi.

KAROLVS DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohęmię Rex, venerabili Arnesto Archiepiscopo Principi, & honorabilib. Przedbogio Decano & Sdelao Scholastico. Totiq; Capitulo sanctę Pragensis Ecclesiæ deuotis nostris dilectis gratiam Regiam & omne bonum. Pacificus Rex & Regum Dominator Dominus Magnificus, qui facit mirabilia magna solus in sublimibus pariter & in hymnis aperiẽs manum suæ potestatis & largitionis, simul quoque implens omnia bonitate, ad hoc nos licet immeritos principalis Monarchia constituit dignitatis biniqueregni contulit, dignitatem vt si ad aliquam extrinseca debita sollicitudo nos prouocat, ad noctes plerumq; ducamus in homines vt subditi nostri sub tegmine dignitatis, Regiæ queant viuere quiete. Adcumque incrementa cultus diuini & Sanctorum veneratione prospiciunt, tanto facilius & sollertius conuertamus aciẽ nostræ mentis. quanto patrona iustitia manus eius nostrum præ cæteris mortalibus excelsius nomen erexit & solitumq; suęq; elementiæ roborauit & honorum splendoribus, licet in sufficientibus meritis voluit generosius insigniri. Sane cũ sicuti vouit, ille qui nihil ignoret corolis nobis sit, honor & decus sanctæ Pragensi Ecclesiæ præfatæ cuius zelus comedit, viscera nostrę mentis, quæ nos in lauacro lauit, Baptismatis in sinu quoq; regenerauerit, refouit, & vt Mater in fide Orthodoxę S. Apostolicę & Catholicę Ecclesiæ ducauit & docuit ad honorem, itaq; & exaltationem ipsius in Christi nomine, & ob reuerentiam gloriosissimæ virginis Mariæ, Matris ipsius Dei, & beatorum Martyrum Patronorum nostrorũ Viti, Wenceslai, Adalberti & Procopii, & aliorũ Sanctorum quorum reliquia & corpora Inibi, & in Regno nostro Bohęmiæ fœliciter continentur, damus & donamus eisdem Pragensi Ecclesiæ. In primis partem tertiam de ligno Dominicæ Crucis, quod manu propria præcidimus, &c. Secundo tertiam partẽ pepli Gloriosissimæ Mariæ virginis, &c. Tertio partem baculi beati Petri Principis Apostolorum in latitudine trium digitorũ, &c. Datum Bauariæ &c. Comitis Palatini Rheni, Wenceslai Ducis Lucenburgẽsis, Wadislai Tesmenlis, Ducis Wilhelmi Iuliatensis, Potensis, Marchionũ Leberhardi de Witemberg, Walrami de Spanheim, &c. Ioannis de Saraphonte, Henrici de Henstein, Buchardi de Hardex, Alberti de Anhald Comitum, & Buchardi Burggini de Mardeburg, & aliorum plurimi procerum nobilium Principum & Deuotorum, & fidelium Imperii & nostrorum per manus venerabilis Ioannis Luthemisiensis, Episcopi prædicti Cancellarii nostri. Anno Domini millesimo, quinquagesimo quarto, Indictione septima, decimo Calend. Aprilis Regnorum nostrorum, Anno Octauo, &c.

Litera testimonialis de inuentione corporis sancti Viti, quod repertum est Papia & non Senis.

KAROLVS DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus Bohæmiæ Rex, venerabili Arnesto Archiepiscopo nec non Przedbogio Decano Sdeneoni Scholastico & Capitulo Pragensis Ecclesiæ totique clero & populo Regalis vrbis nostræ Pragensi deuotis & fidelibus nostris dilectis gratiam Regiam & omne bonum. Oriens ex alto splendor lucis æternæ, qui nescit occasum sicuti Priscis temporibus Bohęmorum gentem à gentilibus exutam erroribus nouellam, tunc sanctę Matris

Eccle-

Ecclesiæ plantulam nunc ipsam mox commissionis suæ primordia candore mirabili illustrauit. Ita etiam his temporibus quibus autem Domino in Paradyso Ecclesiæ secus decursus aquarum fluentium transplantata ac arbore erecta in prolem fecunda fructuum spiritualium vbertate fulcitur suis eam non desinit fulgoribus adornare ac variis gratiarum dotibus insignire. Tunc enim gloriosi Bemiæ Principes de quorum alto sanguine traxisse nos constat originem pro Christi nomine glorioso subiiceret anima & pia colla. Vinculo submittentes attociter trucidari cæleste rosarium meruerunt sertis præsigniti roseis introire. Nunc per nostræ vigilantiæ Regalis obsequium varia Sanctorum sacrata corpora innumerasque reliquias longe lateque per orbem collectas fœlix meruit, Bohæmia possidere, fœlix nimirum Bohæmia, quæ talibus & tantis Diuina Clementia muneribus se præditam gloriatur, fœlix vtique in cuius aula Regali magnifica, sedem sibi elegit excellens Imperium orbis terræ. Ad cuius nos apicem licet immeriti cælesti prouidentia sublimati summopere meditamur & dum etiam pro humana, conditione oculis corporis nostri sopor illabitur, vigilat cor nostrum assidue in his per quæ status Magnificus exaltatioque venerandæ Matris nostræ sanctæ Pragensis Ecclesiæ, producatur quam venerabiles Patroni & progenitores nostri dilecti, conspersione sui rosei sanguinis consecratunt, quæque Ecclesiarum omnium Regni nostræ Bohæmiæ Domina esse dignoscitur & magistra. Sane dum nuper ad suscipiendam coronam ferream, quam nostri prædecessores Domini Romani Reges, in contriphanias Imperium sacri coronas in secunda sui coronatione sunt soliti coronari. Mediolanum applicassemus & corona eadem fuissemus solemniter insigniti, inter ipsa coronationis nostræ solemnia lætanter audimus, qualiter in ciuitate Dapiensi. Datum Pisis, Anno Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto, octaua Indictione, vndecimo Calendas Februarii. Regnorum nostrorum. Anno nono, &c.

Priuilegium Villæ Semych ad Præposituram Pragensem.

WENCESLAVS DEI gratia Rex Bohæmiæ & Marchio Morauiæ, omnibus præsentes literas inspecturis, in perpetuum, licet ob reuerentiam maiestatis vniuersis Ecclesiis nostri Regni pie consulere, & cauere vtiliter debeamus, vt iuris sua aliqua dispendia non incurrant, singularis tamen deuotio & spiritualis nos compellit necessitudo, vt Pragensi Ecclesiæ Matri nostræ, quæ omnium aliarum caput & cardo existit à qua cæteræ aliæ Religiones sumpserunt exordium, & cælestium donorum gratiam, vt ex fonte hauriunt præ cunctis aliis in omni loco donationis nostræ super suis in dempnitatibus, vtilitatibus salubriter consulamus, volentes itaque vt ea quæ addictæ Pragensis Ecclesiæ iura pertinent, &c. Datum Pragæ per manus Magistri Welizlai Pragensis, Wissegradensis & Olomucensis. Ecclesiarum Canonici Regni nostri Prothonotarii, Anno Domini millesimo, ducentisimo, octuagesimo octauo, nonas Aprilis. Indictione prima, &c.

Priuilegium Domini Wenceslai Regis sexti super libertate Tyn & læta curia Ecclesiæ Pragensis.

WENCESLAVS DEI gratia Rex Bohæmiæ Dux Cracouiæ & Sardomeriæ Marchioque Morauiæ. Exigit officii nostri debitum vt Ecclesiarum Regni nostri, quarum ad nos generaliter Protectio pertinet libenter iura seruemus illæsa sed ad Ecclesiæ nostræ Pragensi, quæ dictarum Ecclesiarum caput esse noscitur & Magistra cuius etiam ab illustribus progenitoribus nostris, recolendæ memoriæ pissimis ipsius Ecclesiæ fundatorum ius Patronatus habemus, & in qua tanquam in capite Regni nostri tam progenitores ipsius quam non coronari & alia Sacramenta Ecclesiastica, recipere consueuimus libertates & iura diligen-

ligentiis consummanda tanto libentius quadam regula spiritualitatis astringimur, quanto per hoc lucidius in odorem boni nominis fama nostra corrutilat quantoq; facilius beatorum Martyrum Viti, Venceslai, Adalbertique, Patronorum ipsius Ecclesię Patrocinia, præmereri confidimus, & ad orandum pro nobis ac animabus prædictorũ, progenitorum nostrorum efficatius, inducimus Ecclesiæ prædictæ ministros dum Ecclesiam ipsam bonis eidem prædictorum progenitorum nostrorum efficatius larga libertate collatis ab iniuriosis violentorum vexationibus pręsidio debitę protectionis eripimus & declarationis benignæ iudicio fauorabiliter liberamus. Quapropter sacrum seriè scire volumus præsentes & posteros vniuersos, &c. Datum in castris apud castrum Cotim prope Aldenbruch per manus venerabilis Petri Basiliensis Episcopi Wissegradensis, Præpositi & regni nostri Cancellarii Principis nostri dilecti, Anno Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo octauo. Kalend. Septembris. Indictionis vndecimę regni nostri anno secundo, &c.

Priuilegium libertatis quod homines Ecclesiæ sint ab omnibus sordidis muneribus, & angariis exempti.

OTTACARVS DEI gratia quintus Rex Boëmorum Dux Austriæ Morauię Marchio ad rei memoriam sempitarnam pro humani redemptione generis æterni Regis filius ab altis cælorum humũ descendens, ne perpetua damnationis sententiam exciperet, incarnari de Virgine voluit gloriosa & ex illibata pietate suæ compariens creaturæ quam cæteris fecerat digniorem crucis subire tormenta & mortis amaritudinem non expauit. Post suam itaque resurrectionem à mortuis per mundum instituit Ecclesias, vniuersum, quibus ob remedio scismatis perfecit vnum super quem ædificauit Ecclesiam, & ipsam, Petrum à Petra nominauit, dans ei intradictione clauium Regni cælestis in signum dilectionis specialissimæ singularis priuilegium potestatem, vt quoscunque ligaret vel solueret super terram ligati haberentur in cælis, vel soluti cuius etiam dictionem, præsentatus remisit Ecclesias effusione prætiosissimi sanguinis perpetuę donatas libertati, ad aquarum desiderationem tanto debent, Regnorum rectores & terrarum principes vniuersi studiosius anhelare quanto damnabilius & cælestis Regis gratiam homini violare Christiano tali præcipue cui à Deo gladii est potestas in terris collata ad laudem bonorum & prouisurum iuxta suorum exigentiam meritorum vltionem hac ratione Dominicæ potestatis humanam teneatur audaciam coercere. Nam etsi cuiuslibet Christiani sit hominis finalis diem iudicii formidare præcipue tam potentes terreri debent cum plus exigatur ab eo cui plus committitur & gradus altitudinem sequi soleat, casus grauitas inter huiusmodi sane nostrarum considerationum curas quibus altissimo Creatori nostro de cuius misericordia vitam & omnes dignitates nostras seu honores, quibus temporaliter fungimur, possidemus, & æterna speramus, placere quantum ipsi promittit gratiam lętantes apponimus & suprema mente reuoluimus & deuotione debita cogitamus qualiter inprimis matrem fidei Magistram diuinæ legis sacrosanctam Romanam Ecclesiam quam cor deperit & corpore veneramus honore debito & dignis in Domino seruitiis honoremus. Demum cęteras in nostro præcipue diuino constitutas congruis fauoribus tanquam princeps Catholicus attollamus sane ad honorem Dei omnipotentis, cuius Spiritum totum corpus Ecclesiæ regitur, & beatorum Martyrum Viti, Wenceslai, Adalberti, in quorum honore sancta Pragensis Ecclesia Episcopali Cathedra decorata fundata dignoscitur, de cuius etiã corpore suscepimus Deo propitio nostri capitis dyadema & plenam Regię dignitatis adepti sumus potestatem perpetuam & irrefragabili gaudere volumus libertate. Ita videlicet, vt ab omnibus sordidis muneribus sit exempta ab angariis vniuersis immunis ab execrationum vexationibus aliena. Datum per manus Magistrorum Arnoldi & Willelmi prothonotarum Pragensium Ecclesiæ Canonicorum die & loco præfatis, &c.

In simili Przemizl. heres Regni Bohemiæ.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Amen.

CVI & Præmizl Dei gratia Dominus Regni Bohæmiæ, Dux Austriæ, Marchio Morauiæ omnibus imperpetuum. Vt Regi Regum æterno Rex complaceat, temporalis inter cætera pietatis opera quibus æterni Regis solium scanditur Principium

fere-

ferenitatis excellentia peruigili debet studio meditari qualiter piis locis ac iuris deuotis de bonis temporalibus taliter subueniar, vt à Deo retributionis præmium, & in gentibus habere valeat nomen bonum. Hinc est quod notum esse volumus præsentibus & futuris, quod nos ad honorem S. Wenceslai nostris gloriosis, ac aliorum Patronorum Pragensis Ecclesiæ, libertate solida eidem Ecclesię & Canonicis, eiusdem pro remedio animarum progenitorum nostrorum, vt perinde eorum memoriam habeantur, sicut olim serenissimus & pręcordialis, Pater noster Wenceslaus Rex Bohęmorū quartus, mensuram regalem. Quæ Trzne Wulgariter appellatur, in ciuitate Pragensi, Regia liberalitate contulerat. Ita & nos ob reuerentiam Dei, & beatorum Martyrum, prædictorum, prædictis Ecclesię videlicet, & Canonicis imperpetuum eandem concedimus & donamus, statuentes, vt nullus religiosorum aut secularium, siue aduenientis in ciuitate eadem in alia mensura emere vel vendere audeat, &c. Datum Pragæ per manum Domini Wilhelmi, nostræ curiæ prothonotarii, Anno Domini M. CC. LVIII. &c.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

NOS Wenceslaus Dei gratia Bohęmorum Rex IV. cupientes, vt opera charitatis Christi quę olim in Patre nostro præcesserunt, per nos plenius elucescāt, ob amorem Dei omnium Saluatoris & reuerentiā Ecclesiæ Pragensis, de cuius gremio regni suscepimus Dyadema, priuilegium serenissimi Patris nostri fœlicis memorię Ottagari illustrissimi Bohęmorum Regis tertii, cuius respectum inferius est, subiectum plena affectum renouandum duximus sub hac forma. Nos, &c. Datum Pragæ Anno M. CC. XLIX. XIII. Kalend. Augusti. Pontificatus venerabilis Patris Domini Nicolai Anno IX.

Confirmatio Priuilegiorum per Dominum Iohannem Regem Ecclesia Pragensis.

IOHANNES Dei gratia Bohęmię, Polonię Rex, ac Lucemburgensis Comes, omnibus in perpetuum inter curas multiplices quib. pulsamur & distrahimur, supra vires illas propensius, magisq; sollicitat mentē nostram, vt Ecclesiæ quas nostrę ambit maiestatis dominium & Pragens. pręcipuè, quæ B. Patronum nostrorum Viti, Wenceslai atq; Adalberti insignitur, titulus & corporib. decoratur plene sui honoris potiuntur priuilegiis, nihilq; in personis & reb. nec nō iuribus ac libertalitatib. vniuersis, siue ex sanctorū Patrum institutio siue ex quorumcunq; prędecessorum nostrorū Principum & Regū Bohęmię quā sibi libertate collatis lęsionis vel dispendii patiantur, propter quod nō leuis sentimus punctionis aculeos, cum ad nostrā defertur notitiā eas vel earum aliquē lacessiri iniuriis, vel violētiis pręgrauari, cumq; ad nostræ maiestatis aures dilecto nobis Hincone prędictæ Pragensis Ecclesiæ præposito referente peruenit per Barones & nobiles regni nostri ciuitatum ciues, iustificarios, beneficiarios irrogari. De hoc doluim' & dolemus maxime, quia sunt credentes aliqui, & quod est dignius asserentes hoc de nostro prodire beneplacito de nostroq; venire concessu, vnde vt & prædictoru cōseruetur assertio & os loquentiū talia obstruatur, porfitemur & ducimus prędicta omnino esse, & fuisse nostrę volūtati contraria, nunquamq; ad hoc nostrū accessisse vel affuisse, cōsensum & vt quæ loquimur rei confirmet effectus, ratificamus, approbam' & ex certae deliberata nostra scientia confirmamus, omnia iura, priuilegia, libertates, immunitates & cōsuetudines, ipsius Pragensis Ecclesię, cuiuscunq; tenoris vel quotumcunq; tenorum existant quæ habuit vel habet, & quibuscunq; prędecessoribus nostris Principibus vel Regib. regni Bohęmię vel à sede Apostolica in speciali, & etiam in cōmuni ea q̄ per nos ipsos firmiter tenere ac illibata seruare promittimus, & cōtra ea aut eorū aliquid vllo vnquā tēpore non venire Capitaneo quoq; qui nūc est & qui fuit in futurū. Baronibus etiā & nobilib. vniuersis instificiariis, iudicib. & consulibus ciuitatū, Villicis omnibusq; incōmuni, quacunq; ex nobis vel ex successorib. nostris in Regno Bohęmię, nunc potestatē habentibus vel imposterum habituris sub fidelitatis debito iniungimus per parentes, quilis omnia prædicta Pragensis Ecclesiæ & personis eius sine aliqua diminutione teneāt, eamq; in his foueant protegant & conseruant. Sicq; in hoc perempta executione se gerāt, & per Prælatos & Canonicos prædictę Pragensis Ecclesiæ super his nō oporteat nos mouere, sciantq; omnis cuiuscunq; conditionis siue pre-

eminentiæ fuerint siue status qui ipsi Pragensi Ecclesiæ prædicta vel aliquid prædictorum infringerint teneri se ad resartionem omnium expensarum damnorum, & interesse quæ propter prædictorum violationem ipsam Pragensis Ecclesiæ, & cuiuslibet de Ecclesia tanquam de re rapta vel violenter ablata competere, volumus actionē & mandamus sub obtentu generę nostræ vniuersis iudicibus beneficiariis, cæterisq; iustificiariis Regni nostri, vt de prędictis priuilegiorū & libertatum violatoribus, Ecclesię Pragensis & omnibus de Ecclesia talem exhibeant sine aliqua contradictione iustitiam, qualem de raptoribus & violentis rerum ablatoribus exhiberent. In cuius rei testimonium præsentes literas fieri & sigillo nostro maiori iussimus communiri. Datum Lucemb. Anno Domini M. CCC. XXV. VIII. Cal. Octob. &c.

Confirmatio Caroli Imperatoris priuilegii dati per Ottogarum Episcopatus Pragensi, &c.

KAROLVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam quanquam deiuuante Regiæ Benignitatis clementia, & ex assumpta cura Regiminis vniuersorum saluti, ex quodam debito teneamur intēdere, per amplius tamen ad procurandam quietem sanctæ Pragensis Ecclesiæ nos obligatos fore conspicimus, quæ per sacrum regenerationis lauacrum nos a contracta originalis iniquitatis mentis peste mundificans habitauit, ad gloriam & in spem beatam reposuit lætitiæ sempiternam. Sane venerabilis Arnesti Pragensis Archiepiscopi Principis & deuoti nostri dilecti nuper serenitati nostræ oblata supplicatio continebat literas quasdam claræ memoriæ illustris Ottogari, quondam Boemiæ Regis Proaui nostri dilecti quas super certis iuribus gratiis & honoribus, dictæ Pragensis Ecclesię venerabilium antistitum ibidem obtinuit, operosa sedulitas approbare, ratificare & confirmare de benignitate regia dignaremur. Quarum tenor per omnia sequitur in hæc verba. In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen. Nos Ottogarus Dei gratia Boemorum Rex vniuersis Christi fidelibus, præsentis priuilegii literas inspecturis. Humanæ naturæ conditio semper trahit, ad se hominis miseriam & defectum & quanto plus homo in hoc mundo foris transitoriis rebus inuoluitur tanto magis virtus interior eneruatur. Vnde verām credimus salubris cōsilii medicinam, vt sicut quis cadit per vitium sic asuescat resurgere per virtutē maxime ius restituens alienum, q nullū posse absq; peccato, & mortis meritū detinere, credere iure possum⁹ & debem⁹. Hinc est igitur quod vniuersos volumus non latere. Quod cum inter nos & venerabilem Patrem Dominum Andream Pragensem Episcopū super libertate Pragensis Ecclesiæ, & aliis Articulis apud examen sedis Apostolicę quęstio verteretur, per sanctissimi Patris Domini Honorii tertii Pontificis prouidentiam de voluntate pretium est statutum vt deperdita priuilegia nostra, & antecessorum nostrorum quorum tenorem. Idem Episcopus suo iuramento probarat, nos restaurare Pragens. Episcopatui & Ecclesiæ deberemus, pro quo siquidem & alii adimplendis, cū venerabilis Pater Dominus Gregorius de crescentio S. Theodori Diaconis, Cardinalis in regno Boemiæ legationis officio fungeretur. Et idem Episcopus in ipsius venerabilis Patris, Domini legati prouincia, multis astantibus, Episcopis, Abbatibus, aliis Ecclesiarum prelatis, & maioribus Baronibus Regni nostri. Secundum tenorem infra positum pra stitit iuramentum. Nos omnia quæ iurauit, adimplere volentes Episcopatui & Ecclesiæ Pragensis priuilegium deperditum taliter restauramus, ad honorem igitur Dei Patris & beatorum Martyrū, Viti, Wenceslai & Adalberti Patronorum nostrorum pro remissione peccatorū & antecessorum nostrorū omnium animabus concedimus & donamus, Episcopatui & Ecclesiæ & hominib. tā ipsius Episcopi quā Ecclesiæ omnem libertatē & remittimus ipsi Episcopatui & Ecclesię, & hominib. eorundē omnem exactionē siue inquietationē videlicet ditionē Narok, Zwod, Hlawam, Wrziez, Collectas generales ędificationes castrorum fossata Przieslické, Prewod, Natzuz, & omnia alia grauamina, & si quis de hominibus Episcopatus vel Ecclesię Pragensis furtū vel rapinam, vel aliam huiuscemodi grandem culpā perpetrator perpetrauerit, criminis sententiæ Regiæ potestatis subiacet, & Pragens. Ecclesiæ vel Episcopatus cuius homo erit, ipsius vindicet facultates, si quis etiam in bonis Episcopatus vel Ecclesię Prag. homicidiū p̄sumpserit perpetrare & homicida euaserit, consanguinei interfecti rerum iure terrę perquirant. Ita tamen quod homines Ecclesię & Episcopatus cōseruentur inde inpunes. Ponimus etiā q aliquando eiusdē fuit Ecclesię cum omnib. iuribus suis accessionib. & pertinentiis de Regia munificētia eidē Ecclesię concedimus & donamus, ad huius igitur nostrę restaurationis concessionibus, & donationis notitiam & inuiolabile firmamentum, corā infra scriptis testibus

patent

patens priuilegium per manū Hermanni Notarii & Capillani nostri, fecimus fieri & ipsum sigillum munimine nostro mandauimus insigniri. Anno Dominicæ incarnationis millesimo, ducentesimo, vicesimo primo, nono Iulii, Indictione nona, in monte S. Isaac. Præsidente in Romanorum Ecclesia, Domino Honorio tuo, regnante vero in Imperio Domino Friderio, in prouincia Domini Gregorii de Grescentio, sancti Theodori Diaconi Cardinalis Apostolicæ sedis Legati, testes autē sunthi Dominus Robertus Episcopus Olomucensis, Dominus Ioannes Nicrtiensis Episcopus, Dominus Laurentius Wratislauiensis Episcopus. Dominus Lipoldus Austriæ & Stiriæ Dux comes condactus de Gradek, Dominus Poppo præpositus Sambergensis, Dluhomil Abbas de Brewnow, Germanus Abbas de Wileniore, Rinerius Abbas de Insula, Ioannes Abbas de Kradist, Bertholdus Abbas de Siloa, Germanus Abbas de Luthomisl, Bonifacius Abbas de Cradist, Florianus Abbas de Luca, Wernstrus Abbas S. crucis, Walcherus præpositus Nunburgensis, Wedo Abbas de Cocinio, Gerbardus Abbas de Euuielde, Marquard⁹ Abbas de Swietla, Henricus Ducis Austriæ protonotarius, Marquardus præpositus Suipoliti, Bauarus Budywoy, Borsuta Iarosi, Witko, Henricus frater eius Bohuslaus, Swatoslaus, Sulislaus, Solak diwiss, Barones Boemię. Nos igitur Intuitu omnipotentis Dei & in Beatorū Viti, Wenceslai, Adalberti, & aliorū Patronorū Bohęmię gloriam & honorē, nec non ad Præfati Episcopi deuotam, supplicationis instantiam meritis ipsius quibus pro magnificatione, dignitatis Regiæ & tranquillo, Regnicolarum ac fidelium nostrorū statu constanti, fortia fidelissime laborauit, diligēter & gratiosè deliberationis affectu dignanter aspectis supradictas literas in omnibus suis sententiis, Capitulis, punctis, clausulis, & tenoribus, de verbo ad verbū prout exprimuntur superius animo deliberato non per errorē aut improuide. Sed non nullorū sacri imperii & Regni Bohęmię, Principum Baronum & procerū fidelium nostrorū accedēte cōsilio ac decreta nostra scientia approbam⁹, ratificam⁹ et de Regiæ pietatis confirmamus, supplētes omnē defectū siquis in pmissis literis obscuritate & defectu verborū aut sententiarū seu interpretationis dubie aut alios quouismodo cōpertus fuerit de Romanæ Regię plenitudine pietatis, nulli ergo penitus hominū, liceat hanc nostrę approbationis, ratificationis, cōfirmationis & defectuū suppletionis paginā infringere, vel ei ausu quouis temerario contrariare sub pœna mille Marcarū puri argenti. Quas ab eo qui cōtrauenerit irremissibiliter exigi volumus & earū medietatem nostri Regalis Aerarii Smeflci residuā vero iniuriā passorib. vsibus applicari. Illustri Rudolfo Duce Saxoniæ sacri Imperii Archimareskallo, venerabili Preczlao Magdeburgensi, Burgrauio, Wladislao Duce Thesinensi. Principib. Wilhelmo de Lantstein, Burgrauio Pragēsi, Yostone de Rozemberck, Camerario Andrea de Duba, Sudario Wankone de Wartenberk Pincerna Regni Bohęmię, Thobia de Camentz, Buhardo de Cziburk, Boczkone de Kmistat, Saskone de Suerzeticz, Buskone de Wilartiez, Baronibus fidelibus nostris testibus ad præmissa præsentium etiam sub nostræ Maiestatis sigillo testimonio literarum. Datū Pragę per manus venerabilis Preczlai Wratislauiensi Episcopi aulæ Regiæ nostræ Cancellarii, Vice venerabilis Gerlaci Moguntini Archiepiscopi sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii. Anno Domini M. CCC. LII. Indictione quinta, IV. Idus Maii regnorum nostrorum Anno VI.

Priuilegium quod non possit aliquis habere duas prebendas in ciuitate Pragensi duos Canicatus Wodiensis.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Domini ad perpetuam rei memoriam cū ex iniuncto nobis Apostolatus officio Ecclesiarum omnium cura solicitudini nostræ immineat, decet nos vigilanti studio prouidere, vt in ipsis Ecclesiis cultus Diuini nominis laudabiliter obseruetur. Sane nuper ad nostrum peruenit auditum, quod sunt nōnulli Canonici, qui in maiori & aliis ciuitatis Pragensis, & ciuitatis eiusdē, suburbiorum Ecclesiis diuersos, Canonicatus & præbendas noscuntur. Nos proinde attendentes, quod iidem Canonici vt pote pluribus intenti, singulis Ecclesiis cōgtue deseruire non valent, ac super hoc quantum nobis est possibile prouidere salubriter cupientes, auctoritate Apostolica præsenti decreto statuimus & ordinamus quod nullus deinceps in maiori & alia, seu duabus Ecclesiis Ciuitatis & suburbiorum prædictorum duos Canonicatus & præbendas insimul obtinere possit, nisi forsan huiusmodi Canonicatus & prębenda alicui dignitate personatui vel officio in aliquam dictarum Ecclesiarum existenti Canonicè fiat vniti & quod quicunque in ipsa maiori Ecclesia aut ali-

qua aliarum Ecclesiarum ciuitatis & suburbiorum prædictorum Canonicatum & præbendam obtineas, alios Canonicatum & præbendam, dictæ maioris aut aliarum Ecclesiarum huiusmodi fuerit, pacifice assequutus, vel per eum steterit, quo minus huiusmodi, secundorum Canonicatus & præbendæ possessionem habuerit dictis Canonicatu & præbenda quos prius obtinebat si ipso iure priuatus, & si forte prædictos primos Canonicatum & præbendam, cum aliis per vnum mensem pertinaciter retinuerit, etiam secundis canonicatu & præbenda vacare illico censeantur constitutionibus, priuilegiis Apostolicis, & aliis contrariis non obstantibus. Nulli ergo hominum liceat, vel ei ausu temerario contraire, si quis autē hoc attemptare præsumpserit indignationi omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Datum Aniniorum Kal. Iulii Pontificatus nostri Anno tertio, &c.

Priuilegium quod Archiepiscopus & omnes Canonici Pragenses vtantur Rochetis & concelebrantes albis infulis.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum, DEI ad perpetuam rei memoriam circa decorem domus dominicæ, qui præsertim ex præsidentium in eadem, ac ministrorum eius peruenit honestate, nos eo propensiori Zelo afficimur quo ad curam & regimen domus huiusmodi, super eius speculam sumus Diuina promouente clementia sublimat., sane non sine nostræ mentis mœrore ad nostri Apostolatus auditum reuocatio fide digna deduxit, quod Archiepiscopus Pragensis, qui est pro tēpore per suam ciuitatē alio & aut prouinciam, proficiscens, facere ante se crucem deferri & tam ipse quam eius suffraganei velut eminentiæ suarum dignitatum immemores, vti Rochetis seu Camisiis ex quodam frequenti contemptu negligenter omittunt, nō attento per ipsos prælatos, vt deceret eosdem, quod sicut cōpetentibus abuti iuribus ad maliciæ noxam ascribitur, sic non vti ad desidiam imputatur, & quod ex huiusmodi eorū, neglectu dignitatum, & priuilegiatorum locorum suorū nisi pendium se quitur & exempli pernicies ad subditos deriuatur, Nos itaq; volentes iuxta commissi nobis pastoralis officii debitum remedium super his apponere oportunum, hac constitutione perpetua valitura, sancimus & irrefragabiliter ordinamus, quod Archiepiscopus per ciuitatem Diocesin aut prouinciam præfatam, incedens viuificæ Crucis vexillum agonis, atq; trophei Dominici signatiuum ante conspectum suū facere baiulari, ipsi quoq; Archiepiscopus & suffraganei dictos deferre rochetos quorum materialis & extrinsecus candor censetur indicium puritatis intrinsecæ relatiuum quotiens se in publicum exhibuerint, & etiam Canonici Ecclesię Pragensis, quibus per nos est cōcessum, quod certis temporibus in ipsam Ecclesiam, & duo ex eis eidē Archiepiscopo cū suā Pragensem Ecclesiā aut alias in quibus partibus sibi nuper legationis officium duximus committendum, missam in pontificalibus celebranti in diaconatus & subdiaconatus officii seruientes, Mitris Albis seu infulis vti possint, cū ipsis Mitris vtentur huiusmodi rochetos seu camisias & super eis superpellicia portare etiam teneantur, ipsosq; Archiepiscopum & suffraganeos ac canonicos præsentibus adhortamur, vt sic huic nostri ordinationi obedire studeant reuerenter, quod contra eos pœnā super his non cogamur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, ordinationis & exhortationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum Aniniorum III. Kal. Iunii Pontificatus nostri Anno tertio, &c.

Priuilegium quod duo Canonici concelebrantes Archiepiscopo vti possint infulis albis, in prouincia & partibus legationis.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum, Dei venerabili patri Archiepiscopo Pragensi salutem & Apostolicam benedictionem, plenitudo deuotionis eximię quam charissimus in Christo filius noster, Carolus Imperator semper Augustus & Boemiæ Rex ad nos & Romanam gerit Ecclesiam promeretur, vt votis suis in his præsertim quæ decorem & solemnitatem Diuini cultus respiciant, liberaliter annuamus. Sane cum dudum ad instantiam Imperatoris eiusdem dilectis filiis canonicis tuę Pragensis Ecclesiæ duximus concedendum, vt quotiescunque contingeret Pragensem Archiepiscopum qui pro tempore in dicta Pragensi Ecclesia in Pontificalibus celebrare, omnes & singuli Canonici eius Ecclesiæ Pragensis mitris seu infulis albis,

sine

sine quocunque ornatu, licite vti possent. Nos ad reuerentiam DEI & ad honoris augmentum, hooor is Archiepiscopalis dignitatis volentes cõcessionem, huiusmodi amplificare, vt quotiens te & successores tuos Archiepiscopos Pragenses, tam in prædicta Pragensi, quam in aliis Ecclesiis tuæ Prouinciæ ac partium in quibus legationis officiũ, per nos tibi & eisdem successoribus nouiter est concessum. Contingerit in pontificalibus celebrare, Duo, ex eisdem Canonicis, quos tu & quilibet eorundem successorum ad seruiendum nobis indiaconatus & subdiaconatus officiis duxeritis præsentium indulgemus nulli ergo omnium hominũ liceat, qui hanc paginã attemptare præsumpserit, indignationẽ nostræ cõcessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autẽ hoc omnipotentis Dei & Beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Aniniorum, &c. Kal. Iunii, Pontificatus nostri, Anno tertio, &c.

Et cæteri Prælati & Canonici possunt vti mitris pontificalibus gemmatis & aurifrisatis in absentia Archiepiscopi Apostolicæ sedis legati.

BONIFACIVS Episcopus seruus seruorum DEI dilectis filiis, Decano & Capitulo Ecclesiã Pragensis salutem & Apostolicã benedictionem. Exposcit vestræ deuotionis sinceritas vt tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam Ecclesiã vestrã Pragensem dignis honoribus attollamus, hic ne est quod vos vestris deuotis supplicationibus inclinari vt liceat vobis vestrum singulis in maioribus & Patronorũ Ecclesiæ vestræ festiuitatibus Mitris Pontificalibus gemmatis & aurifrisatis vti prout Decanus & Canonici Ecclesiæ sancti Petri Wissegradensis, Pragensis, qui erũt pro tẽpore præsores, non existant quibuscunque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis, nequaquã obstantibus vobis & cuilibet vestrum auctoritate Apostolica, de speciali gratia tenore præsentium indulgemus, nulli ergo omnino homioum liceat hanc paginam vestræ concessionis iofringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Idus Maii Pontificatus nostri, Anno primo. &c.

Confirmatio priuilegiorum Ecclesiæ Pragensis facta per Wenceslaum Regem.

WENCESLAVS DEI gratia Rex semper Augustus, & Bohæmiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præsentium vniuersis. In nata cordi regio prima Ecclesiæ dignitas inter ceteras sollicitudinũ diligentias, quibus pro subditorum quiete commodo pariter & profectu hinc inde distrahitur. Ad hoc consideratione præcipua ex quadam speciali inclinatione fauoris meditari dignatur, vt Ecclesiarum & ministrarum eius libertatibus & profectibus possit & valeat, sub tempore felicis nostri regiminis salubriter prouideri. Nec in hoc à recto tramite nostri recedit propositum maiestatis. In cælestes enim thesauros immarcescibiles illud indubie reponimus, quod ad magnificandum sanctarum Ecclesiarum honores, cõmoda liberalius erogamus, sane si ad quamlibet Ecclesiarum promoueoda, commoda, & temporales vbertates augendas & quodã quasi debito teneatur. Nilominus tamen ad sanctã & venerabilem Ecclesiam Metropolitanam Pragensem ardentiori Zelo, nostra suspirat intẽtio, & amplioris fauoris, cumulata dulcedine ad eius exaltationẽ desideria nostra porrigimus, cum sit venerandum Patronorum nostrorum Bohæmiæ sanctorum, Viti, Wenceslai, Adalberti & Sigismundi, eorundem nominibus & reliquiis insignita cum quibus etiam nobis quædam familiaritas est, quorum aliqui in nostris domiciliis proprium sanguinem, perfunderunt, quique orationibus suis apud DEVM pro nobis peculiarius intercedunt, accedentes igitur ad nostræ Maiestatis prouinciam honorabiles, Prępositus, Decanus, Canonici, & capitulum præfatę Pragensis Ecclesiæ deuoti omnium dilectæ eidem Maiestati nostræ cum instantia supplicarunt, eunctis ipsis vniuersa & singula priuilegia, literas, gratias, libertates, immunitates, concessiones, iura, feuda, possessiones bona pręsidia & consuetudines prædictę Ecclesiæ, in capite & in membris à recolendæ memoriæ Diuis & illustribus, quandam perdecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & regibus, & ducibus indulta seu indultas concessa seu concessas, aut quouis titulo emptionis, donationis, concessionis, permutationis, aut

quę ex legatis & testamentis nunc obtinet, vt signanter priuilegia inferius præsentibus inserta ipsis super certis donationibus, concessionibus, & gratiis à diuo quondam serenissimo Principe Domino Karolo Romanorum Imperatore semper Augusto & Bohæmiæ Rege genitore nostro, primo tradita & concessa approbare, innouare ratificare & confirmare gratiosius dignaremur, quorum priuilegiorum primi tenor sequitur verba, &c. Datum Pragæ, Anno Domini millesimo, trecentesimo, octuagesimo octauo Kal. Maii Regnorum nostrorum, Anno Domini XXIII. Romanorum vero XI.

Ladislaus dat potestatem Administrationibus exoluendi bona Archiepiscopalia proscripta & non proscripta mandat restituit & amplius se promittit nolle proscribere.

LADISLAVS DEI gratia Hungariæ Bohæmiæ, Dalmaciæ, Croaciæ, &c. Rex, austriæ Dux & Morauiæ Marchio, &c. Notum facimus vniuersis, &c. Volētes Archiepiscopatui Pragensi damnis grauissimis affecto, eiusq; bonis ne in totum collabantur consulere deliberare & sano nostrorum procerum & fideliū accedere consilio decreta nostra sancire auctoritate Regia Bohęmię honorabilibus Administratoribus in spiritualibus & temporalibus, ipsius Archiepiscopatus sede vacante deuotis nostris dilectis, Damus & concedimus, licentiam & facultatem omnemq; potestatem reluendi & redimendi bona & res quaslibet Archiepiscopatus prædicti, quocunque nomine nuncupetur, cuicunque personæ collegio, aut loco oblicatæ seu alienarę existant, &c. Datum Wiennæ die VI Augusti, Anno Domini M. CCC. LVII. Regnorum nostrorum anno Vngariæ, &c. XVIII. Bohæmiæ vero quarto.

Ladislaus dat potestatem exsoluendi præscripta capitulo in generali præscripta, mandat restitui & amplius non præscribere se obligat.

LADISLAVS Dei gratia Rex Vngariæ & Bohęmiæ, Dalmatiæ, Croaciæ, &c. Rex Austriæ, Dux Marchioq; Morauiæ, &c. Notum facimus vniuersis Maiestatē nostram desiderare auxilio esse maiori Ecclesię Pragensi, quę olim splēdidissima, & omnib. bonis referta. Nunc magnis afflictionibus conturbata inops, & nimis egena facta est. Igitur deliberato & sano nostrorum procerum & fidelium accedente consilio, de certa nostra scientia aut de Regia Bohęmiæ honorabili capitulo præfatæ Ecclesiæ damus & concedimus, licentiam facultatem omnemq; potestatem reluendi & redimendi, bona & res quaslibet Capituli prædicti quocunq; nomine nuncupentur, cuicunq; loco collegio vel personæ obligata seu alienata, obligatæ seu alienatæ existant, &c. Datū Wiennæ die tertia decima, Mensis Nouembris Anno Domini M. CCCC. LV. Regnorum nostrorum XL. Hungariæ, &c. sextodecimo Bohæmicæ vero tertio, &c.

Georgius confirmat tam priuilegia Ecclesiæ Pragensis data per Regem Ladislaum & omnia alia Priuilegia in genere.

GEORGIVS DEI gratia Rex, &c. ad perpetuam rei memoriam, Et si cunctas venerari Ecclesias sanctissimas Patrum auctoritas sanxerit, ipsa tamen suadet ratio, vt matrem Ecclesiarum Sanctam Pragensem metropolim in primis honoremus, etenim regni nostri sceptrū ex ea recepimus vbi in Christo renascimur & indignissimis doctrinis Sacramentorum reficimus epulis in ea quoq; ad pedes sanctorum cū prædecessoribus nostris requirituri regnum præstolabimur sempiternum, hanc igitur Almam sedē prędecessores nostri imitāda psecuti deuotione diuersis olim adornare modis copiosis dotauerūt facultatib. & gratiis libertatibusq; amplissimis priuilegiauere. Nostræ igitur Maiestati expertę venerabilis Wenceslai, sacri Pallacii Apostolici auditoris Decani & administratoris, totiusq; capituli eiusdē Ecclesię Pragensis humiliter extitit supplicatū Quatenus pdecessorū nostrorū vestigiis inhęrentes dignaremur, eis approbare, innouare, ratificare & confirmare omnes literas, gratias, immunitates, libertates, consuetudines, donationes, concessiones indulta, statuta, priuilegia, & iura vniuersa dictis, Decano & Capitulo à Diuis prędecessoribus nostris Regibus & Principibus Bohęmię datas, & concessas & præsertim tres literas serenissimi Regis Ladislai prædecessoris nostri quarum tenores in forma sunt isti. Et primo primæ literæ.

Ladislaus Dei gratia Bohæmorum Rex, Hungariæ, &c. Notum facimus vniuersis

uersis maiestatem nostram desiderare auxilio, esse maiori Ecclesiæ Pragensi, &c. vt supra secundæ literæ tenor talis est.

Ladislaus Dei gratia Bohęmorum Rex. Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, &c. Notum facimus vniuersis, &c. Honorabilibus Præposito Decano & Capitulo Pragensis Ecclesiæ, deuotis nostris dilectis deliberate & sano nostrorum Consilio. Et cætera, vt supra tertiæ vero literæ tenor est iste.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Bohæmię, Dalmatię, Croaciæ, &c. Rex, &c. Notum facimus vniuersis &c. volentes Archiepiscopatui Pragensi, grauissimis damnis affecto, eiusq; bonis ne in totum collabantur consulere, &c. vt supra.

Nos conseruationis & augmenti, Almæ nostræ Metropolis cupidi vt post tristia in dies serenos sub nostra pace respiret, dicti Decani & Capituli precibus gratiose annuimus. Igitur non per errorem aut improuide, sed cum matura animi deliberatione, sanoq; nostrorũ procerũ & fidelium accedente consilio de certa nostra scientia auctoritate regia suprascriptas tres literas diui Ladislai prædecessoris nostri prout de verbo ad verbum descriptæ & expressæ sunt, prædictas omnes literas gratias, immunitates, libertates, consuetudines, donationes, cõcessiones indulta, statuta, priuilegia, & iura vniuersa, a prædecessoribus meis datas & concessas, ipsi Ecclesiæ Pragensi, approbamus, ratificamus, acceptamus, roboramus, confirmamus, & de nouo concedimus eum omnibus punctis, articulis, clausulis, sententiis, & tenoribus suis, ac si earum eorumque tenores præsentib. nobis verbo ad verbum specifice inclusi essent, & extensi, decernimusq; ea omnia perpetuum plenum firmum, & inuiolabile robur obtinere & vt almá mater nostra alis filiorum in senecta vberi foueatur, ipsam Pragensem Ecclesiam, & omnem Clerum ipsius cum omnibus rebus & iuribus in nostræ protectionis gratiam accipimus specialem, supplens etiam de plenæ Regiæ potestatis omnem defectum qui his nostris literis indefectui verborum, clausularum, articolarum, & sententiarum, de iure consuetudine, vel de facto obsistere possit. Decernimus insuper vt omnes, literæ aut donationes contrariæ, quæ contra hanc nostram approbationem & confirmationem per quemlibet, per importunitatẽ patientiũ aut aliquid quæuis modo datæ aut impetratæ fouent, nullam penitus obtineant, roboris firmitatẽ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostram, inuocationes, approbationes, confirmationes, cõcessiones, decreti, receptionis, suppletionisq; paginam quoquo modo infringere aut eidẽ ausu quolibet temerario cõtraire. Siquis autem contrarium fecerit, cum indignatione nostra grauissima pœna nostro arbitrario, strictissimo reseruatam se nouerit incursurũ in quorum omnium, &c. Datum Pragæ XXIII. Ianuarii, Anno Domini, &c. LIX. Regni nostri, &c.

Wladislai Regis confirmatio omnium priuilegiorum & dat priuilegium, Rex Bohemiæ, Prælatorum & Canonicorum non nisi perscribere & omnes præscriptiones suas de dictis bonis annullat & irritat.

WLADISLAVS DEI gratia Bohæmię Rex Morauiæ Marchio Lucemburgensis, Et Slesię dux ac Lusaciæ Marchio, &c. Ad perpetuam rei memoriam, bene conducit nostrę Regię, Celsitudini, almam Metropolim regni nostri, seu sedem Archiepiscopalis & Ecclesiarum Matrem Pragensem Ecclesiam, in tantũ dignis honoribus pręuenire, in circuitum pecularibus summorum Romanorum Potificum gratiis, ac diuinorum antecessorum nostrorum, priuilegiis, bonisq; & possessionibus, erat plurimum referta, & quidem optime merito, iure, hoc ipsum eidem Ecclesię Pragensi obtigit cũ miris ac egregiis structuris, insignisq; decoris, ornamento splẽdidissima reddatur, & in ipsa beatissimorum nostrorum & Patronorum nostri Regni Bohęmię sanctæ reliquię, recondirę à Christi fidelibus pro indulgentiis, singularibus consequendis cum summa veneratione deuote frequentantur, vbi & diuinus cultus ac mysteria salutaria Deo & sanctis suis in dies à Clero offerunt. Cedit hoc ad laudem Dei omnipotentis ad gloriã Ecclesię sanctę; & ad Regni nostri honorẽ immortalẽ hoc nos integro animo animaduertentes dictã Ecclesiã Pragensẽ, instar olim serenissimorũ antecessorum nostrorum Bohęmię regũ, qui ipsã & fundauerũt & dotauerũt, mirũ in modũ diligim⁹. Nuncq; in eadẽ dyadema Regium & regni nostri sceptrum, Deo fauente suscepimus, sibi & clero eiusdem efficimurque priuilegiorum, libertatum, è gratiarũ ipsorum conseruationi, & firmitati, non male perspicere, quantum eadẽ augere libenter intendimus. vt eiusdẽ Ecclesię Ministri, gratiã nostrã regiã scientes, pro nostra aliorumue fideliũ salutẽ, Deũ

omnipotentem deprecentur. Sane itaque. Datum Pragæ die XXIV. Mensis Nouembris. Anno Domini M. CCCC XXII. Regni nostri Anno secundo.

Sigismundi Imperatoris & Regis Bohæmiæ confirmatio omnium priuilegiorum generalis.

In nomine Sanctę & indiuiduę Trinitatis fœliciter, Amen.

SIGISMVNDVS Diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohæmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Raniæ, Beruiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, ac Lucemburgensis Dux. Ad perpetuam rei memoriam, exultant diuinæ iustitiæ, Archana dum ea, quæ pro sanctarum Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum vtilitatibus pie sunt collata, sincero corroborantur affectu, resultant equidem Deitatis mysteria dum ea quæ pro earundem Ecclesiarum gloria, stabili firmamento sunt concessa, multiplicatis incrementis reuirescunt, profecto etsi ad quarumlibet Ecclesiarum, earumque personatum promouenda commoda libertatesque & gratias agendas, nos imperialis officii solicitudo admonet. Nihilominus tamen ad Ecclesiam Metropolitanã Pragensem, vbi diuina disponente clementia Reges Bohæmiæ coronantur, ardentiori zelo, nostra digni aspirat intentio, & amplioris deuotionis dulcedine ad eius exaltationem, nostræ menes dirigimus, cum ibidem patronorum nostrorum Bohęmię sanctorum Wenceslai, Viti, Adalberti, & Sigismundi, martyrũ pignora Reliquiarum sunt condita, quorum titulus ipsa Ecclesia coruscat decorata. Sanc honorabiles, Præpositus, Decanus, Canonici & Capitulum eiusdem Pragensis Ecclesiæ deuoti nostri dilecti accedentes nostræ Maiestatis Prouinciam, nobis humiliter supplicauerunt. Cunctas ipsis & ibidem Ecclesiæ concessiones, iura, feuda, possessiones, bona, prædia & consuetudines prædictæ Ecclesiæ primęua eius fundatione vsque in prouinciarum in capite & in membris à recolendæ memoriæ. Illustribus quõdam pręde cessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus ac etiam Bohęmię regibus ac ducibus datas ac cõcessas ac data & concessa, aut quouis titulo emptionis, donationis, concessionis permutationis, aut quę ex legatis aut testamẽtis, obtinuisse noscuntur & dignantur, Priuilegia & literas ipsi super eorum donationibus concessionibus iuribus, gratiis & aliis quondã Serenissimis Principibus Ottogaro Duce Bohęmię ac Ioanne Bohęmię & Polonię Rege Auo nostro, nec nõ Karolo Rom. Imperatore & Bohęmię Rege Genitore nostro, nec nõ Wẽceslao fratre nostro etiã Bohęmię Rege, & aliis nostris pręde cessoribus tradita & concessa approbare, ratificare innouare & cõfirmare gratiosius dignaremus. Nos igitur pro deuotionis affectu pręmoti ad honorẽ omnipotentis DEI per quem Reges regnant, eiusque virginis Mariæ Matris reuerentiam & sanctorum Patronorum nostrorum gloriam ac in progenitorum nostrorum quorum inclyta, ibidẽ corpora requiescunt & nostræ animarum remediũ salutare, dictorũ, præpositi, Decani Canonicorũ, & Capituli Ecclesię Pragensis supplicationibus benigne inclinati, ipsis & eorum successoribus, & eidem Ecclesiæ Pragensi non per errorem accedente aut improuide, sed animo deliberato sanoque Principum, Baronum & Procerum nostrorum fidelium, consilia & decreta nostra scientia de Imperialis & Regalis plenitudine pietatis pręȝdicta vniuersa & singula eorum priuilegia, literas, gratias libertates, &c. consuetudines ipsis in capite & in membris, à primęua ipsius Ecclesię fundatione Progenitoribus nostris, Regibus & Ducibus Bohęmię, data & concessa, ac datas & concessas, aut quouis alio titulo emptionis, donationis, concessionis, permutationis, atque ex legatis, & testamentis, obtinuerunt & habere noscunt vt & signantur, à diuę memorię pręfatis serenissimis Principibus Ottacaro duce, ac Ioanne Rege Bohęmię nec non Carolo Imperatore & Rege Wenceslao ipsis Canonicis super eorum donationibus in omnibus suis punctis sententiis clausulis, articulis verborum prout scripta seu scriptæ sunt, approbauimus, ratificauimus, innouamus & benignius confirmamus, decernentes expresse, & volentes ea omnia & singula obtinere perpetuo roboris firmitatem, ac si tenores omnium & singulorum de voto ad verbum forent inserti, supplentes nihilominus, omnes defectus, si quæ obscuritate verborum, sententiarum aut solemnitatis obruisse comperti fuerint, quomodo libet in pręmissis nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc nostrę approbationis, ratificationis, confirmationis & decreti, & supplicationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temirario contraire, siquis autem hoc attemptare pręsumpserit nostram & Imperii sa-

cri

eri & Regni nostri Boemiæ indignationē grauissimam ac pœnam in præfatæ Ecclesiæ Pragensis, literis & priuilegiis, & expressam nec non pœnam ducentorum marcarum auri puri se nouerit toties quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter incursurū, quarum medietatē ærario nostro regali, reliquam vero partem prędictorum canonicorū, & Ecclesiæ iniuriam passarum vsibus decernimus applicandam, præsentiū sub nostræ Maiestatis sigillo testimonio literarū. Datum Pragæ, Anno Domini M. CCCC. XXXVII. die quintadecima Mensis Iunii. Regnorum nostrorum. Anno Hungariæ, &c. Quinquagesimo primo: Romanorum vigesimo septimo, Boemiæ decimo septimo, Imperio vero quinto, &c.

Wladislai Regis de choralibus litera, quas anno Domini 1522. Dominica XI. post Trinitatis, serenissimus Rex Ludouicus dignatus est confirmare manu propria subscribendo.

NOS Wladislaus Dei gratia, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatię, Croatię, &c. Ramoseruiæ, Galliotiæ, Lodomiriæ, Comaniæ, Bulgariæq; Rex, Marchio Morauiæ, Dux Silesiæ, & Lucenburgensis, ac Marchio Lusatiæ. &c. ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus vniuersis & singulis ad quos præsentes literæ nostræ, quod volentes sanctam Metropolitanam Ecclesiam, pristino suo culmini pro viribus nostris reducere, ex qua & regios fasces & dyadema regium diuino munere suscepimus, & quam veluti potiorem regni nostri partem charissimam non immerito habemus, vtque insuper quemadmodum in ea ante hac diuinæ laudes & diuinis officiis & nocturnis peruigiliis decantabantur, ita modo perpetuisque deinceps temporibus hoc idem per certos, ad hoc deputatos ministros peragatur, per progenitorum nostrorum à Deo optimo maximo felicia incrementa suscipiant, venerabilis desuper capituli præmemoratæ Ecclesiæ, accedente consensu quindecim ministros Chorales, duodecim videlicet Scholares & tres Sacerdotes pro officio diurno & nocturno horarum, canonicorum in eadem Ecclesia perpetuo cantando instituimus, quibus etiam quo se circa præmemoratam Ecclesiam commodius sustentare valeant, talem fieri voluimus & ordinauimus prouisionem, & ex prouentibus lætæ curiæ nostræ antiquæ ciuitatis quos vulgo vnguet appellant, & qui nobis inde singulis annis obueniunt, &c. Datas in arce nostra Pragensi, sexto die Mensis Iulii, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, nonagesimo septimo, Boemiæ vero vigesimo sexto. Wladislaus Rex manu propria scripsit.

Confirmatio Regis Wladislai omnium priuilegiorum Ecclesiæ Pragensis.

WLADISLAVS Dei gratia, Rex Boemiæ, Morauię Marchio, Lucemburgensis & Silesiæ Dux, & Lusatię Marchio, &c. Ad perpetuā rei memoriā bene cōducit Regię nostrę cōsuetudini Almā Metropoli regni nostri, seu sedē Archipræsulis & Ecclesiarū matrem Pragensem Ecclesiā in tantum dignis honoribus pręuenire in quantum peculiaribus summorum Romanorum Pontificum gratiis, ac diuorum antecessorum nostrorum priuilegiis, bonis quoque & possessionibus erat plurimum referta, & quidem optime merito hoc ipsum, eidem Pragensis Ecclesiæ obrigit, cum & miris & egregiis structuris insignisq; decoris ornamenta splendidissime reddatur, & in ipsa Beatissimorum Martyrum & Patronorum nostrorum, Regni Boemiæ, sanctæ reliquiæ reconditæ à Christi fidelibus pro indulgentiis singularibus consequendis, cum summa veneratione deuote frequentaretur, vbi & diuinus cultus ac mysteria salutaria, Deo & sanctis eius in dies à Clero offeruntur, cedit hoc ad laudem Dei omnipotentis ad gloriam Ecclesiæ sanctæ ac ad regni nostri honorem immortalem. Nec nos integro animo animaduertentes dictam Ecclesiam Pragensem instar olim serenissimorum Patronorum nostrorum Bohæmiæ Regum, qui ipsam & fundauerunt & dotauerunt, mirum in modum diligimus, cumque in eadem Dyadema regnum & regni nostri sceptrum Deo fauente suscepimus, Deo & Clero eiusdem in tantū afficimur quod priuilegiorū, libertatū, & gratiarum ipsorum consetuationum & firmatu non modo perspicere, quantum eadem augere libenter intendimus & eiusdem Ecclesiæ Ministri gratiam nostrā Regiam sentientes, pro nostra aliorumue fideliū salute,

Devm omnipotentem attentius deprecentur. Sane itaque pro parte honorabilium Decani Capituli,& totius Cleri, iam dictæ Ecclesiæ Pragensis Metropolitanæ deuotorum nostrorum dilectorũ, est nobis humillime supplicatum. Quatenus de benignitate Regia omnes & singulas literas, gratias, libertates, immunitates, donationes, concessiones prorogatiuas, laudabiles consuetudines, statuta, bona,& possessiones, priuilegia, indulta,& iura vniuersa quas æque olim serenissimi Romanorum & Bohæmiæ reges, ac illustres Principes, antecessores nostri eidem Ecclesiæ & Clero ipsius dederunt, & contulerunt, ipsis approbare, ratificare, innouare,& confirmare dignaremur, Nos itaque,&c. Datum Pragæ die vigesima quarta, Mensis Nouembris, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo secundo, Regni nostri Anno secundo.

Wratislaus primus Rex Bohemiæ fundator Ecclesiæ Wissegradensis.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

Notvm sit cunctis sanctæ Ecclesiæ filiis, eandem sanctam Trinitatem considerantibus, tam præsentibus salutem, quam futuris. Qualiter ego Wratislaus Dei Gratia Princeps & Monarcha Bohæmorum, ob spem remunerationis æternorum præmiorum, & ob indulgentiam & absolutionem in hac vita omnium delictorum, quædam propriæ ditionis prædia iure hæreditario à fidelibus & nobilibus hæredibus concambiata,& absque vllius contradictione taxato, pretio in præsentia multorum nobilium immo iudicorum testium à me coempta absque soli contermino cum omnibus ad hæc pertinentibus, mansis, territoriis, exitibus, & reditibus, vectigalibus, venationibus, piscationibus, portubus, saltibus, vineis, pratis pascuis cultis & incultis ad Ecclesiam sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, sanctique Clementis Martyris atque Pontificis, in ciuitate Wissegradensi constructam, manu potestatiua in manus, & familiaris mei Benedicti, eiusdem Ecclesię defensionis & proposito voto, fide maxima, deuotione, spe vitæ æternæ contradidi,&c.

Renouatio & confirmatio, priuilegii prætendentis facta, per regem Primislaum tertium Bohemiæ.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

Qvandoqvidem præsentis vitæ mansio, peregrinatio, repræsentetur, cũ sit nugatoria & caduca, quia firmitatem & stabilitatem sui status nullam haber, tam gesta & facta mortalium, quæ per obliuionem in interitum deuoluuntur, dum inscriptis sunt redacta & sigillorum impressione sint munita magna & perpetua stabilitate & firmitate roborantur. Inde est q; ego Premislaus Diuina fauente Clementius tertius Bohæmorum Rex timẽ ne propter vetustatẽ priuilegiorum Wissegradensis Ecclesiæ, quę nostra specialis nuncupatur, ad aliquod deueniat detrimentum, ob spem retributionis nostræ, nec non ad petitionem dilecti nostri consanguinei Wissegradensis præpositi, & Capituli eiusdem Ecclesiæ felicis recordationis Wratislaum, primi Bohæmiæ regis prædecessoris nostri, eiusdem factas per priuilegium suum Ecclesiæ memoratæ nostro priuilegio renouamus & pariter confirmamus cuius priuilegium sic incipit. In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis,&c. Facta est hæc renouatio & donatio, Anno M. CC. XXI. præsentibus testibus cætera. Indictione X. in ciuitate Pragensi, Anno regni XXII.

Renouatio ratihabitatio & confirmatio priuilegii fundatoris super præpositi factum per Dominum Wenceslaum Regem quartum Bohemiæ.

Wratislavs Dei gratia quartus Bohæmorum Rex, Dilectis fidelibus suis, pręposito & capitulo Wissegradensibus, eorumque legitimis successoribus, in perpetuum Dei filius, cuius misericordiæ non est numerus, cuius regni meta nullis concluditur terminis. Secundum dictiones linguarum & gentium insignium Diuinæ potentię diuersa sibi regna constituit, in quibus ad sui gloriam nominis & decorem suam ab exordio fidei Christianæ fundauit super petram Ecclesiã. Actum in Castello veteri, Anno Domini M. CC. L. quarto die

Incipit inscriptum priuilegii Ducis Sobeslai super Denarium de indictis.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

NOTVM sit cunctis tam modernis quam posteris in vnitate fidei congregatis & congregandis. Quod ego Sobeslaus Dei gratia Boemorum Monarcha, vnde & salubre animæ meæ ducens, piorum Patrum monumenta renouare, inter cæteras regni mei Ecclesias, etiam mihi non modica cura sunt, in secreto cordis mei deliberaui, patris mei Regis, videlicet Wratislai monasterium in Wissegradensi ciuitate situm, ad magnam vtilitatem aut prędecessorum meorum incuria, aut quod magis credibile est prępositum, eiusdem loci negligentia redactum, illud inquam monasterium summa vigilantia curaui emendare & eximiis quantis debui quantisue potui exornare, nam & pictura parietum & pauimento politis lapidibus ornato & superiori operimento abisq; intus & exterius pro assolutione terminum & spe futurę vitæ addidi, tecteam. Coronam ex auro & argento factam faciem templi decoraui, altaria palliis, crucibusq; tam aureis quam argenteis exornaui, sacrificium diuersis libris dicaui, deinde confidens, multiplicatis intercessoribus, facilius posse veniam à Deo consequi culparum mearum, statui vt decanus cui cura fratrum regenda est, duplicē super præbendam habeat, insuper etiam tres fratres in eadem congregatione addidi, pro quorum complendis stipendiis decreui, dimidiam partem indomitæ equarum Gogolich fratribus & Dimid: præposito dimidiam partem fructuū & vini Sitinicz fratribus & Dimid. præposito dimid. partē iatis, Nastristenici fratribus dimidiam prępositio Dimid. dimiam partem lignorum, &c. Anno ab incarnatione Domini M. C. XXX. sunt hæc acta sub Lothario Rege Thontonitorum & eiusdem nominis tenero sub Christianissimo duce Sobezlão filio Regis Wratislai.

Hic ponitur tenor priuilegii Ottakari Regi confirmatoris primi priuilegii Sobeslai.

OTTAKARVS DEI gratia quintus Boemiæ Rex dilectis fratribus suis præposito Capitulo Wissegradensibus eorumque legitimis successoribus in perpetuum. Dei filius cuius misericordiæ non est numerus, cuius meta nullis concluditur terminis, secundum diuisiones lignuarum & gentium insignium Diuinæ potentiæ. Diuersa sibi regna constituit in quibus ad sui gloriam nominis & decorem, suam ab exordio fidei Christianæ fundauit Ecclesiam, super petram. Et licet post resurrectionem suam, suis parem dederit vniuersis discipulis potestatem, Petro tamen præ omnibus ex illo generali priuilegio, quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis: Et quodcunque in terris ligaueris, erit ligatum & in cælis: insigniorem tradidisse noscitur potestatem. Quod exinde liquido comprehendi potest, quia cum exteris diceretur Apostolis, laxate retia, veritatis verbum organo Dominicæ vocis emissam, Petro præcessit diu in alta. Quoniam sic pium itaque & salutare, quam æquum, quamque commendatione dignum illum, annuentibus operibus, præueniti pietatis illum debitis lenire, charitatis, subsidiis, in cuius gratia vinculum pendet animarum & solutio naturalis ignorate quemquam ratio nō permittit, nam etsi cuiuslibet principis Ianitor reuerentia debita & honestarum multire debet erogatione munerum, vt facilem prębeat desiderantibus ad tribunal tremendi Regis aditum. Tanto & Petrus curia cælestis regni Ianitor solemnioribus debet muneribus præueniri, quanto rex ad cuius per ipsum prouinciam aditus quęritur, Sole & Luna excellentior & Principibus sublimiorum esse noscitur vniuersis, inter huiusmodi sane, nostrarum considerationum curas quibus nostro semper creatori, prout ipsius clementia nos permittit: placere proponimus piam Progenitorum nostrorum deuotionem & maximæ fundatorum Ecclesiæ, quæ ad honorem Principis est instituta Apostolorum altiori mente reuoluimus, qualiter tam sanctum, tam solemnem, tam pium, excelsi regis placatum, possimus nobis reddere. Ianitorem trementes ipsum in veneratione suæ sanctæ Ecclesiæ Wissegradensis quæ ad sanctissimum Romanum Patrem nostrum Pontificem nullo modo noscitur pertinere pietatis nostræ possibilitatis operibus, vt facilius nobis eueniant, successus prosperi, & placatus nos hostiarum debito excipiens post huius vitæ trepudio, transitum ad prouinciam æterni Regis, tam hostiarii quam

mediatori gerens officium, cum sanctorum deducit canticis angelorum. Sane feruore debitæ deuotionis accensi, &c. Actū in Castro Pragensi, Anno Domini M. CC. LXVIII. Indictione XI. in simili Wenceslai Dei gratia quartus Rex Boemorum.

Hic ponitur priuilegii tenor Wenceslai II. Regis confirmatorii. & renouatorii proximi priuilegii Sobeslai.

WENCESLAVS DEI gratia, &c. II. Boemorum Rex dilectis fidelibus suis præposito & Capitulo Wissegradensibus, eorumque legitimis successoribus, in perpetuum Dei filius cuius misericordiæ non est numerus, cuius regni meta nullis cōcluditur terminis, secundum diuisiones linguarum & gentium, insignium diuinæ potentiæ diuersa regna constituit, in quibus ad sui gloriam nominis & decorem suum, ab exordio fidei Christianæ fundauit Ecclesiam supra petram. Et licet post resurrectionem suam, suis parem vniuersis discipulis dederit potestatem, Petro tamen prę omnibus ex illo generali priuilegio quodcunque solueris in terra, in cælis solutum erit: & quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum & in cœlis: Insigniorem, &c. Idem priuilegium præcedens actum in Castello Reti, Anno Domini M. CC. I.I. quarto die intrante Iunio, Datum pater manus Magistri Herbordi aulæ nostræ.

Iterum emendatio terminorum in bonis Canonicorum fluuio Zazeme in districtu Craloicensi.

IN nomine Dei æterni, ego Sobeslaus Boemorum Dux, Dei filius cultor & iustitiæ verus amator, notum facio præsentibus & futuris, quod Ecclesiam Wissegradensem honorare specialiter & defendere libenter volo, propter honorē Dei & suæ sanctę Matris Mariæ & Bæati Petri & Pauli Apostolorum, vt eos in nouissimo die clementes habeam tum prædecessoribus meis & patre meo qui in eadem Ecclesia requiescit. Quod & ego spero ad honorem itaque Dei & eiusdem Ecclesiæ, & ad meliora dum prætendam, fratrem circuitum in suburbio Pragensi, quę matris meę fuerat, quia tantū accipere patris mei eis fuit imminuta præbenda de tributo pacis, vt tunc vnusquisq; C. denarios raro plures sæpe vero pauciores accipiat, quę tempore patris mei, mille & septingentos accipiebant & de tributo sicut solebant, semper accipiant, addo & eis in villa Suwtiuz, viginti millia singulis annis &c. Anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXVIII. Datum per manus Domini Heruasii Cancellarii præpositi eiusdem Ecclesiæ Wissegradensis.

Hic ponitur tenor, Renouationis confirmationis priuilegii Ottakari Regis tertii, dati super priuilegio Sobeslai, Ducis proximo præcedente.

In nomine sanctæ & in diuiduæ trinitatis, Amen.

QVANQVAM parentis in te mansio peregrinatio reputetur, cum sit migratoria & caduca qui firmitatem & stabilitatem sui status nullam habet, tum gesta & facta mortalium, quæ per obliuionem imitus eleuabuntur, cum in scriptis sunt, redacta & sigillorum impressione, munita magna & perpetua firmitate & stabilitate roborantur. Inde est quod ego Præmislaus, &c. Anno Domini M. CC. XXII. Indictione X. in ciuitate Pragensi, Anno Regni nostri XXI.

Hic tenor inseritur priuilegii albis deselere ad declarationem terminorum fluuii Zazana de quibus proxime mentio facta est.

NOTVM sit omnibus quibus hæ literæ ostensæ fuerint, quod Hermanus Abbas & cōuentus Ecclesiæ Syloensi, cū Capitulo Wissegradensi super fluuio qui dicitur, Labe pro quo lis longo tempore stetit indiscussa, conuenimus in hunc modum, quod Ecclesia Wissegradensis, prędictum fluuium cum vtroq; Tutore & Piscarii, quiete & pacifice debeat possidere, exceptis quatuor molendinis in prętato fluuio constructis, quę de petitione proborum virorum, vtrique Ecclesię laudauimus de iure, Clausuras autē molendinorum Canonicis Wissegradēsibus, quorū prębendis adiacet propter

viam

rium piscandi liceat aperire, ita quod adiutori ipsorum hominum & molendinariorū debeant reformari, & vt hæc,&c. Actum in Capitulo Wissegrad. Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXXVI. Indictione IX. &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Ducis Boleslai super additione quinta præbendarum & hospitali sanctæ Mariæ in bonis ipsius, & Ecclesia S. Laurenti.

NOTVM sit omnibus Ecclesiæ filiis præsentibus quam futuris, quod ego Boleslaus Dux Boemorum qualiscunque ob spem remunerationis æternorū prę & ob indulgentiam, absolutionem delictorum meorum, nec non ducis Boemorum, Ducis Wladislai atque Sobeslai fratrum meorum, ad honorem Dei & eius genetricis semperque virginis Mariæ & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, beatique Martyris Adalberti, nec non omnium Sanctorum, Ecclesiæ Wissegradensis quam pro medio animæ suæ primus construxit, Rex Wladislaus appono v. præbendas quibus inuestiti quinque Canonici cum duodecim à patre meo constitutis, inuigilent die noctuque orationibus pro prædictorum principum animabus, sed ne auctio pręebendarum aggrauet dignitatem quam didici amaturis istius prouinciæ Magnatibus celsiorem. Datum præpositorum addo à moneta Martham, &c.

Hic ponitur priuilegii tenor Sobeslai testimonium præbendis super donatione v. villarum videlicet Rremicz, Wrasoch, Hrabsiecz, Sterizin, Libni & tenor confirmationis donationes prædictæ.

NOTVM sit omnibus qui decorem domos Dei & locum habitationis gloriæ eius diligit quod ego Sobeslaus diuino fauore Dux Boemorum dum Ecclesiarum iura & possessionem superni intuitu amoris ad pristinum & meliorem statum toto deuotionis annisu reformare satago, super quibusdam infra notatis, possessionibus à Wissedens. alienatus Ecclesia, inter meæ curiæ viros principales Iarogneri, & fratrum suorum filios nō modica suborta est controuersia, cui dum vt suas iuste diuideret quærit diuina despensante iustitia, easdē possessiones cōmuni ac deuotissimo consensu pręfato, Wissegrad. Ecclesiæ pleno nostrę imposterum possidendas, quam diuinę respectu retributionis reddiderunt, de non suis melius nimirum sic suas fecerunt priuilegio, vt infra conscripta coram nobis, & totius nostro consensu, curio recitato villam quibus concedebatur ex antiquo Ecclesiæ prædictę collatas fuisse, absque omni ambiguitate priuilegii aut eiusdem rescriptum, hæc est. In nomine sanctæ Trinitatis eiusdemque indiuiduæ vnitatis. Notum sit omnibus. &c.

Tenor priuilegii Ducis Friderici super donationem Hlawa, Hnarod, Swod, & staura non soluenda hac aliis libertatibus pro eiusdem concessis.

EGO Fridericus Boemorum Rex dum mecū viciniora saluti cogitarē, fœlicem me fore æstimaui, si apud præsentem Ecclesiæ statum mei memoriam, in benedictione reliquissem & futuræ societatis eius obtinuissem portionem. Hinc est quod hanc Ecclesiam Wissegradensem, quam & Apostolica sedes suis honorauit priuilegiis, specialiter quod nostri iuris & amplius exaltare intendimus, & quidem primum ea quæ ad pacem eius prædecessores nostri statuerunt rata esse voluimus, id est, Vt ampuratis omnium aliarum vexationibus, potestatum, soli duci principali respectū habeat, in possessionibus vero suis datis ac dandis, vbiq; pacē firmam obtineat. Cęterum & hanc deuotionis nostræ donationem nonam addimus, huic beatissimi Principis Apostolorum Ecclesiæ, vt omnis acquisito quæ peruenire solet mistis Swod, Warogk, & quod vulgo glaua dicitur super omnes homines vbicunque fuerint pertinentes Ecclesiæ damus fratribus & præposito nunc & in perpetuum. Si quis vero ex hominibus Ecclesiæ supplicio capitis damnatus fuerit, possessio eius Ecclesiæ cadat, caput laqueo vendicio seu collata generalis, si quando fuerit, super homines Ecclesiæ fratribus & præposito sit nunc & in sempiternum, &c.

Cælestini papæ priuilegii per quod probatur, quod quinque Marcas annuatim Romanæ Ecclesiæ Wissegrad. Ecclesia debet soluere probas & exemptio Ecclesiæ prædictæ confirmatio & priuilegium Friderici Ducis nostri cuius tenor proxime positus est supra, &c.

COELESTINUS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Canonicis Wissegradensib. Ecclesiæ salutem & apostolicā Benedict. sacrosancta Romana Ecclesia deuotos & humiles filios ex asueræ pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne prauorum hominum molestiis agirentur, eos tanquā pia mater suę protectionis munimine confouere. Ea propter dilecti filii in domino deuotionem quam nos & prædecessores nostri ad sacrosanctam Romanā Ecclesiam habuistis, benignius attendentes, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam nostram, quæ a prima sui fundatione censualis extitit, Ecclesię Romanæ pensione & quinque marcarum annuatim insignium piæ diuotionis impendens, cum personis & bonis omnibus quæ in prouinciarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præscripti Patrocinio communiuimus, statuentes vt quascunque possessiones quæcunque bona libertates etiam seu immunitates largitione, Regum Donatione Principum seu oblatione fidelium Ecclesia nostra possidet firma, vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, specialiter aut ius quod claræ memoriæ Fridricus Dux Boemiæ super iurisdictionem temporalia iuxta crē consuetudinem exercendi contra homines Ecclesiæ nostræ pro aliquo excessu in seculari iudicio condemnatione vobis fecce nostræ pia libertate concessit, sicut ipsa concessio pia consideratione facta est. Et in eiusdem Friderici scripto autentico continetur deuotioni vestræ auctoritate Apostolica confirmamus præsentis scripti patrocinio communiuimus & ad maiorem rei firmitatem ipsius autentici tenorem huic nostræ paginæ duximus inserendum, quod sic incipit Ego Fridericus Rex Boemorum, &c. Datum Latran. VII. Kal. Augusti, Pontificatus nostri, Anno VII.

Hic ponitur tenor preuilegii proximi confirmatio facta per Præmislonem Regem & tertii denarii subditiuo donatio noua facta per eum in aula.

EGO Præmisl Boemorum III. Rex videns donationem prædecessorum meorum, & præcipue fratris fœlicis memoriæ, Ducis Friderici violati ab his quibus minus nota erat, hæc donatio ob spem remunerationis vitæ æternæ necessarium duxi renouare quæ talis est, omnis acquisitio quæ prouenire solet in istis Zwod, Narok & quod vulgo glanadatur, super omnes homines vbicunque fuerint, præsentes Ecclesiæ sit in vsum fratribus & preposito nunc & in perpetuum venditio, seu collecta generalis, si quando fuerit, super homines Ecclesiæ fratribus & præposito sit nunc & in perpetuum, si quis vero ex hominibus Ecclesiæ supplicio capitis damnatus fuerit possessio quidem eius Ecclesiæ caput cadat laqueo huic etiam donationis fratris mei per apparitionem beati Petri & flagellationem in dorso suo reuelata nouam adimus beatissimi Principis Apostolorum Ecclesiæ nullus tertium de narium in aulo sub monte delun nam duos denarios ab antiquo Canonici Wissegradenses semper habuerunt hæc statuta præsentibus & futuris, noua esse cupientes in foro, &c. Acta sunt antē hæc Anno Dominicæ incarnationis, millesimo, ducentesimo, duodecimo, Indictione XIV. Epacta quarta concurrente V. Mense Aprilis, &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Ducis Friderici confirmatorius distinctus quod Dn. sua Regina Conwatawa dedit Ecclesiæ Wissegrad. & præpositus libertatis ipsius donatio, & quod præpositus in bonis suis collatam & Canonici ipsius recipiant cum Principis generalis collecta recipietur.

SCIO quidem, quod bonorum meorum nullam hęc indigentia summa dignitas, sed illud pręceptum, q̃ religiolis viris diligēter intellexi scilicet honora dominū de tua substantia, me monet vt animæ meæ salutem prospiciam, quod post obitum meū illius cælestis curię societati mereatur adiūgi vti diuinitatis conspectu semp cernere gaudeat, ego

Ego itaque Fridericus Dei gratia Boemorũ Rex primus, cum intima deuotione supplico, vt qui seculari dignitate me sufficienter honorauit. Etiam æterni gaudii facere dignetur, non alienum etsi hactenus in populo meo, actum est iniuriose maxime in uiris Ecclesiasticis & religiosis, quorum orationibus quotidianis existimo & spero me feliciorem, à malo quantum possum libenter volo diffendere Wissegrad. Ecclesiam quam specialiter debeo defendere, quæ multa damna passa est & iniurias in possessionibus villarum, & in aliis rebus quæ pertinere debent, ad præbendam Canonicorum & animo bono libenter volo adiuuare, primum itaque & tertium quẽ contulit Domina mea Regina Zwatawa, Petro librũ esse præcipio, vt nullus fratrum meorum præsentium nec futurorum, præter illum qui dux vocatur principalis non aliquis castellarius habeat aliquam potestatem, in illo circuitu nec in foro, nec in aquis, nec vllibi &c. Data per manus Magistri Alexandrii, Cancellarii. &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini Innocentii Papæ per quod probatur, quod collatio prabendarum spectant, ad collationem Capituli.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Philippo Subdiacono & Cappellano nostro præposito Ecclesiæ Wissegrad. Charissimi in Christo filii nostri Regis Boemiæ illustris nepoti salutem & apostolicam gratiam, præmerente tã tuæ deuotionis promptitudine, quam fidei puritate constantis & specialem inter deuotos Romanæ Ecclesiæ reputari dignum fore prouidimus, vt te speciali pro rogatiua fauoris & gratiæ prosequentes votis tuis quocunque Deo possimus fauorabiliter annuamus, dum ego sicut experte tua fuit propositum coram nobis electio Canonicorum ad præbendas quas in Ecclesia tua vacare contingit, ad Capitulum tuum spectet, nos volentes tuam, honorare personam & honorem tibi exhibitum aliis prouidere præsentium tibi auctoritate concedimus, vt primas duas præbendas, quas in eadem Ecclesia vocare contingerit hoc non obstante idoneis valeas personis conferre contradictores, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, Datum Lugduni VIII. Kal. Augusti, Pontificatus nostri, Anno tertio.

Hic ponitur priuilegii tenor Domini Gregorii Papæ per quod probatur quod v. tum monetæ procensu solui singulis annis debeant ex parte Ecclesiæ Wissegradensis.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Præposito & Capitulo sancti Petri Wissegradensis salutem & apostolicã gratiam, cum olim in censuali libro nostro prospexerimus contineri, quod Ecclesia nostra quæ ad nos nullo pertineat media ante annum censum XI. marcarum tunc monetæ currentis Ecclesiæ Romanæ soluere tenebatur, nobisque proponentibus coram nobis, quod per fœlicis recordationis Cælestinum propter prædecessorem nostrum, propter vilitatem monetæ, quæ tempore promissi census Regnum Boemiæ vtebatur in quibuscunque marcis boni argenti redactus fuerat, idem census prout eiusdem propter priuilegium nobis exhibitum continebat & supplicantibus, vt eodem quicunque marcarum censum dignaremur esse contenti, nos qui nostris temporibus pati voluimus vt iura sedis Apostolicæ minuantur in huiusmodi negotio cautellam debitam adhibere nolentes venerabili fratri nostro Episcopo Mersburgens. literis nostris iniunximus, vt super vilitate monetæ à tẽpore indultę Ecclesiæ Wissegrad. à sede Apostolica priuilegii solicite inquireret, veritatem, & quod super hoc tam testes quam alias probationes legitimas inueniret autenticis penes se pro cautela recognitis sub sigillo suo nobis fideliter intimaret, qui mandatum nostrum exequens sollicite ac prudenter depositionis testium, perductorũ & alias probationes à nobis exhibitas diligenter examinari fecimus causas quia vilitatem monetæ à tempore dicti priuilegii sufficienter inuenimus esse probatam, nos vestris supplicationibus annuentes, volumus vt annuum censum quinque marcarum prædecessoris nostri priuilegium annis singulis de cætero persoluatis. Datum Viterbii XVI. Iulii Pontificatus nostri anno vndecimo.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini OTTAKARI *super donatione bonorum in Zahradka & suis pertinentiis facta Ecclesiæ Wissegradensis, pro ornatu quæ accepit.*

OTTAKARVS Diuina fauente Clementia Boemiæ Rex vniuersis præsens scriptum inspecturis Notum esse voluimus, quod nos pro nostra necessitate ornatum Wissegradensem accommodauimus, pro quo nec non vt nostri memoria ibidem haberetur in perpetuum Zahradkam & circuitum eiusdem, cum vniuersis pertinentiis filius præsens, aquis, villis Ecclesiæ assignauimus memoratæ, & ne hoc Ecclesiæ prædictæ posset infringi filio nostro, Wenceslaum & Wladislaum misimus ad notandum, &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini Innocentii Papæ confirmationem donationis factæ de Zahradka.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Præposito Decano, & Capitulo Ecclesiæ Wissegrad. Pragens. Dioc. salutem & Apostolicam gratiam. Cum a nobis petitur quod iustum est, & honestum tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis vt id per solitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Significatis, siquidem nobis quod inclytæ recordationis Ottakarus Rex Boemiæ quendam ornatum aureum & argenteum Ecclesiæ nostræ decoratum, gemmis & lapidibus pratiosis, pro suæ voluntatis arbitrio eidem Ecclesiæ abstulisset, Dominus eadem Rex piè considerans, quod peccatum non dimittitur, nisi ab auferente fiat, restitutio ablatorum per ipsius compensationem suam Sadgradz, tam cum pertinentiis suis nostro ad id accedente consensu vobis dedit, perpetuo possidendam vestris ergo precibus inclinati, quod ab eodem rege pie ac peruide factum est, id hac pro se auctoritate Apostolica confirmamus ac præsentis scripti patrocinio communiuimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hæc attemptare præsumpserit, indignationem Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugdini. XI. Kalend. Ianuarii, Pontificatus nostri Anno tertio. &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini Præpositi Wissegradensis recognitori quod bona in Zahradka ad Canonicos Wissegradensis Ecclesiæ pertineant.

NOS Philippus Dei gratia Electus Ecclesiæ Saltzburgensis & Præpositus Wissegradensis, Decano & Capitulo Wissegradensi in perpetuum labilis est ætas hominum, sed viuit litera qua veniente, viuit & actio literarum testimoniis, confirmata noscant, quod tam præsentes quam futuri, quod nos ad instantiam & petitionem Wissegraden. Capituli villæ Linzagradicam, quam nomine eiusdem obedientiæ hactenus quiete possidemus taliter renuntiamus quod eadem dilecto nostro seruitore, Magistro Hermanno ipsorum confratri & Canonico conferant, sub eodem censu quem nos inde persoluimus, suis temporibus possidendam, addimus insuper vt Capitulum antedictum, post mortem Magistri Hermanni liberam habeat facultatem ordinandi & locandi de eadem obedientia, quod ipsius inciditur vtilitatibus expedire, vt ergo hæc nostra cessio robur obtineat firmitatis, fecimus hanc chartam nostri sigilli munimine roborari nominibus testium, subnotatis videlicet Magistri Henrici de Longinguen. Acta sunt hæc anno incarnationis Domini millesimo, ducentesimo, quadragesimo septimo mensis Septembris, Indictione quinta. &c.

Philippus in simili.

Hic ponitur tenor literæ Domini Petri præpositi Wissegradensis recognitoris, quod bona in Zahracka ad Capitulum Wissegradense pertineant, in simili.

Permutatio Capituli Perteloneo Prachaticz cum præposito pro Zytomicz Malessowicz.

WENCESLAVS DEI gratia Boemorum IV. Rex omnibus in perpetuum, cum dilectorum in Christo Capellanorum nostrorum, præpositi, decani, & capituli Wissegradensis petitio, nobis porrecta contineret, quod pro parte thelonei in via Prachaticz, cum aliis bonis & possessionibus ad ipsos duntaxat Canonicos pertinentibus, Zitenicz, Molossoy, Tymz & Hugeczd, cũ omnibus iuribus vina, decina, in Lutomierzich, & quicquid pręposíti habuerunt, ibidẽ permutationem fieri ipsius cum pręposito permitteremus. Nos eo considerantes quod præpositura, cum bonis ante habitis adiuncta portione Canonicorum in Prachaticz, profirere valeat in futurum, & capitulum ex bonis prædictis Zitemicz videlicet, cum suis pertinentiis commodum habeat & quietem, permutationi eandem fieri permittimus nostrum consensum adhibentes pariter, & fauorem statuentes etiam vt nullus pręposirorum, super eiusdem bonis de Zitenicz, sæpe dictis Decano & Capitulo mouete præsumat aliquam quæstionem, sed sicut præpositi tenuerunt, à multis temporibus retroactis ipsi eadem cum omni iure, & libertate teneanr & possideanr, imperpetuum pacifice & quiete, &c. Datum VI. Idus Maii. Wenceslaus I. in simili.

Hic ponitur tenor literarum confratrum super permutationem, mediæ partis colonei in Prachaticz, facta pro bonis in Zitenicz, è aliis villis, vt supra dictum est, per Capitulum Wissegradense cum Domino Petro præposito eorum.

NOS Bartholomæus Diuina miseratione Decanus Bohuslaus, custos Ioannes Schlasticus totumque Capitulum Wissegradensis Ecclesiæ, considerantes attente qua occasione thelonei in Prachaticz nonnunquam inter Dominum venerabilem Wissegradensem præpositum & nos discordiæ oriebatur materia iurgiosæ, vt eadem resecetur penitus: scripti præsentis tenore notum facimus vniuersis, tam præsentibus quam futuris quod bona & gratuita volunrate nostra de & quolibet malo ingenio procul motis & quia honestum & iustum fore cognouimus solenni deliberatione puæhabira & attentis singulis quæ in contractu bonæ fidei requiruntur, acrequiri debent, in Wissegradensi capitulo, cũ præfato Domino Petro præposito permutationem celebrauimus & medietatem thelonei prædicti, cum attinentiis quæ spectabant, ad nos pro uillis & possessionibus propositæ Wissegradz, Sichenis, Malzow, Thnich, & Wgegd vineacũ omnibus iurib. & attinentiis earundem per decina in Lutomierzicz, iure patronatus in Ecclesia in Suchenicz & decima in naulo sub Wissegtadensi dicto Domino præposito dedimus atque tradidimus ad tenendum, habendum & possidendum iure permutationis, atque concambii & disponendum de ipsa & ipsius attinentiis, iuxta ipsius arbitrium voluntatis renunciantes quoque voluntate spontanea. Actũ & Datum in Wissegrad, Anno Domini M. CC. LXXXXV. Calend. Octobris quarta decima Indictione.

Hic ponitur tenor literæ Capituli Wissegradensis Ecclesiæ super bonis in Zdenicz circa Prachtawicz, sitis datis Henrico Saxoni infeodum sub certa forma & additionibus vti in ipsis apparet.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

PDEI gratia Decanus. c. custos & omne Wissegradensi Ecclesiæ Capitulum omnibus hoc intuentibus Tyrographum salutem, in auctoritate salutis. Notum sit tam futuris quem præsentibus tenore præsentium intuentibus, quod nos charissimi nostri Henrici Saxonis deuotione, erga & Ecclesiam nostram attendentes perpetuum Domini nostri Ecclesiæ nostræ præpositi cui petitionibus iustis, grato semper consueuimus occurrente assensu, homagium recipientes bona de Zdeuicz, apud Pragadicz sita iure feodali concessimus eiusdem & successoribus suis tali forma, quod V. annis

eadem libere bona possideat & extunc singulis annis Ecclesiæ nostræ marcam & dimidiam persoluat imperpetuum, ad vsus fratrum in eadem profamulantium, si autē quod absit dictus Henricus & sui successores conditionem prætaxatam firmiter non obseruauerint duritia cordis eorum, vel contumacia etescentes & pro eo fine exactionis fuerint innodati si à tempore late hunc vsq; ad finem anni contumaces extiterint, dissoluentur conditiones prætaxatæ & bona ad Ecclesiam libere nostram absq; difficultate reuertentur, cæterum cum dictus Henricus Homagium Ecclesiæ nostræ faceret firmiter, repromisit quod in præfatis bonis duas villas institueret, quarum possessores decem amis libere, & absq; solutione qualibet sederet, & postmodum eorum quilibet solidum Patauiensi monetæ Ecclesiæ nostræ per singulos annos persolueret, eo iure quo & homines Domini nostri præpositi impregatum. Acta sunt hæc in Capitulo Wissegr. Ecclesiæ assumptione sanctæ Mariæ, Anno Dominicæ incarnationis, M. CC. XXIX. Indictione II. Epacta.

Hic ponitur priuilegii tenor Reginæ Chunegundis super donatorum, iuris patronatus Ecclesiæ in Budecz, factæ Capitulo Wissegrad. Ecclesiæ, & suis attinentiis,

In nomine Domini, Amen.

NOs Cunegundis Dei gratia Boemorum Regina ducissa Austriæ & Styriæ, Marchionissaq; Morauiæ honorabili viris Præposito, Decano totiq; Capitulo Wissegrad. ad rei memoriam sempiternā gloriosum etiam plane & virtuti adproximat suū quoq; honorare principium. Ideoq; sicut à rege regum, Regni fastigiū à Domino Dominantium trēm præcepimus gloriam dominatus. Ita salutis nostræ ratio congruentissima & vt quem imitari eiusdem officio potestatis illi quoq; conformari laboremus pietate, maiestate, & miserationis, hinc est quod nos tenore præsentium cunctis fieri volumus manifestum, quod ad instantiam &c. Datum Pragæ per manus Magistri Notarii Anno Domini M. CC. LXII. in festiuitate diuisionis Apostolorum &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Ottokari Regis super donatione Ecclesiæ factæ in Capitulo Wissegrad. Ecclesiæ & quæ reddit vt ipsius Ecclesiæ ad refectionem canonicorum cedere debeant supplementum.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

NOs Ottakarus qui & Premislaus diuina fauente clementia, quintus Boemorum Rex Dux Austriæ & Stiriæ, Marchioq; Morauiæ, ad rei memoriam sempiternam vt regi regum æterno Rex complaceat temporalis inter cætera pietatis opera quibus æterni regis solium scanditur, Regalis excellētia priuilegii debet studio meditari, qualiter piis locis ac viris deuotis taliter subueniat, vt adeo retributionis præmium & in gentibus habere valeat nomen bonum, hinc est quod nos tenore præsentium cunctis fieri volumus manifestum, &c. Datum Pragæ Anno Domini M. CC. LXX. in festo diuisionis Apostolorum &c.

Hic ponitur tenor priuilegii confirmationis, permutationis factæ ab Ecclesia in Budecz per Dominum Episcopum Thobiam Fridericum, ad petitionem Capituli Wissegrad.

THOBIAS Dei gratia Episcopus vniuersis præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Iustis petentium desideriis dignum est non facile præbere consensum & vota orationis tinite non discordant, effectum persequentē complere. Ea propter præsentium tenore nota facimus tam præsentibus quam futuris, quęcum honorabiles viri Petrus præpositus Chino Decanus totumq; capitulum Wissegrad. Ecclesiæ ad Ecclesiam in Budech de iure vacante vt asserunt; & ad eorum collationem rationabiliter, persentium Fridericum de Wradislauia subdiaconum exhibitorem petentium nobis duxerit præsentandum, affectuose petentes, vt eum confirmare dignaremur in Ecclesię prędictę plebanum nos ipsorum petitionibus in hac parte benigni concurrentes assensu eundem Frid. in plebanum ipsius Ecclesiæ, Ecclesiæ de Budech nostris pontificali tenore præsentium confirmamus, &c. Datum Pragæ Anno Domini mil-

millesimo, ducentesimo, septuagesimo nono. sexto Idus Iulii VII. Indictionis, Pontificatus nostri, Anno XXXVI.

Hic ponitur tenor priuilegii D. W. Regis quod propter negligentiam præpositorum qui nō soluebant V. Marcas census nomine annis singulis Domino propter bonis in Cholecz ad hac datis Ecclesiæ Wisseg. per Dn. Sobeslaum bona prædictæ sunt de manibus ipsius accepta & Capitulo assignata.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

WENCESLAVS Dei gratia V. Boemorum Rex omnibus in perpetuum, vt exemplo summi, qui in cælis rex pariter & in terris: in cælis gratiam, & in terris pacem spondet, bonæ hominib. voluntatis cuiuslibet erroris igniculū & fomitū discordiæ singulari prouisionis cautione prouidamus certa nos oportet & diuersa pro morborū diuersitate ante data præparare ne morborum vicinitas secū inuoluat, contagio innocentes perperam enim pro patribus temporaliter puniuntur, filii & rem culpa carentē ritu iuris in damnum non conuenit erogari. Hic est cum Wissegrad. Ecclesia consensu &c. Acta sunt hæc in Lisan. Anno Domini M. CC. LII. Pridie idus Aprilis, &c. Datum per manus Arnoldi Notarii, &c.

Hic ponitur tenor literæ permutationis factæ super discordiam habitam inter præpositum & Decanum & Capitulum Wissegradensis Ecclesiæ.

THOBIAS & Cuno Dei gratia Pragen & Boleslauiensis Ecclesiarum præpositi & frater Ioannes ordinis prædicatorum lector in Praga arbitri a partibus dicti dilectis in Christo præposito, Decano & Capitulo Wissegrad. salutem in filio Dei viuo Domino Iesu Christo, quia vergentis miseram sæculi corruptelam, non solum corrupta sapiunt Eleementa verumetiam homo, qui est dignissima creaturarū, inficitur rubra calligine, vetustatis sunt enim ad malum peruii, ab adolescentia pedes eius & ipsius naturę fragilitas dissensiones appetit & iniurgiis, ac licib. euacatus, propter quod ne eius fœderis litigatorum abusus extingat, promulgatæ sunt leges diuinitus per ora principum, quæ humanam coercent audaciam & constringunt vitas hominum, at eorum limitant debito moderamine noxios & illicitos appetitus, virtus quippe iusticiæ, conatus cupiditatis, effrænate reprimit, & quęstiones ipsius reprimit implicatas, explicat ac diffinitiuæ sententiæ calculo compellit silere litigantes, cum quis super negotio refectioni quinquaginta duarum, & v. marcarum argenti, quotannis singulis ab Ecclesia Wissegradensi nomine census Domino propriè debebantur, & super refectionibus dandis absentibus Canonicis, vel non dandis inter vos annis præsentibus fuerit disceptatum, per quod suscitare scandala contingebant odii generari maiestatem, & frequenter quietem Ecclesiæ perturbari de communi consensu, & vnanimi voluntate in nos tanquam in arbitrio, sub pœna ducentarum marcarum compromittens interuenientibus nihilominus, ab his partibus Domini nostri serenissimi W. Boemorum Regis per quas patentes literas, vt propter bonum pacis ac concordiæ acceptare arbitrium huiusmodi curaremus. Nos igitur propter multas pias causas, iam dictum arbitrium per sata pœna vallatum acceptamus, tam super promissis omnibus & eorum accessoris seu quicunque possent, ex eis sequi vel ob illa ita videlicet, quod pronunciare possimus, super principalibus & accessorii coniuncti & diuisi in totum seu pro parte in diebus feriatis stando, sedendo, in scriptis & sine scriptis præsentib. & absentibus fuit, itaque ex parte & Capituli Wissegradensi à nobis Magistro Dionysio, eiusdem Ecclesiæ præposito in iudicio petitum coram nobis, quod ipsis tam præsentibus quam absentibus, annis singulas lyas, refectiones, vel ipsarum vallorem, & v. marcarum argenti nomine census papal occasione quarundam possessionem in Cholecz, quas tenentes iure esoluere deberetis, & pro ipsis possessiones assignare ne stipendio debito fraudarentur, quia omnia ad se pertinere dicebant, tam ex tenore priuilegiorum Ecclesiæ sacræ quam consuetudine probata & super illis per nos sibi fieri iustitiam postulabant, ad quæ vos Domini præpositi litem contestando intendistis narrata vt narrantur vera non esse & petita fieri non debere. Nos ergo visis &c.

Hic ponitur tenor priuilegii litera D. Hugonis Cardinalis legati, sedis Apostolica Mandatorius seruari laudumque lat. est per domum Thobiam Chugonem, vt patet in tenore proxime pracedenti.

FRATER Hugo miseratione Diuina Cardinalis S. Gabinę & sacro sancto Apostolicę sedis legat' venerabilis fratri, Abbati monasterii montis Syon ordinis pręmonstrãtem, & dilecto in Christo Decano Ecclesiæ Pragensis Sabinonem, sua nobis dilecti filii Decanus & Capitulum Ecclesiæ Wissegradensis petitione monstrauit, quod cum inter ipsos ex vna parte ad prępositum ipsius Ecclesiæ Pragensis Diœc. ex altera super quodam annuo censu & aliis diuersis articulis, quæstio verteretur tandem in dilectos filios Thobiam Pragens. & T. Bolcslaum Pragens. diœces. Ecclesiarum præpositos ac fratrem Ioannem lectorem, fratrum prædictorum, Pragens. fuit à partibus, sub certa pœna tanquam arbitros concorditer compromissum, quod æquum inter dictas partes arbitrium protulerunt, prout in literis inde confectis plenius continet. Quocirca discretioni nostræ, quia pungimur auctoritate mandamus quatenus arbitrium ipsum, prout est æquum & ab vtraque sponte receptum faciatis per pœnam in compromisso expressam inuiolanter obseruari. Datum Leodrii IX. Cal. Iun.

Hic ponitur tenor litera permutationis facta super compromisso facto, super discordia qua inter prapositum & Decanum & Capitulum Wissegradensis Ecclesia mouebantur, per hoc viros Dominos M. Abbatem Becuniouensem & G. Abbatem Strahouensem.

NOs M. Brecuniouiensis & S. montis Sion Diuina miseratione Abbates auditore causæ quæ vtitur inter honorabiles viros Dominũ Petrũ Wissegradensis Ecclesiæ præpositum, ex parte vna, & Decanum & Capitulum eiusdem Ecclesiæ, ex altera à serenissimo Domino nostro Rege Ottakaro constituti, tenore præsentium patefieri voluimus vniuersis, quod cum nos ad terminum dictis partibus pro perspiciendis priuilegiis assignatum, de consilio & assensu nobilis viri Domini Domeslai, totius regni Kamerarii, cui Dominus Rex causam principaliter commisit, ne nõ aliorum coauditorum suorum venissemus in Wissegrad. si quem partes iam dictas enitabili compositione mediante possemus concordare contendentes. Dicti Domini Decanus & & Capitulum nobis in Capitulo sedentibus, audientibus Domino præposito & arbitris, ex vtraque parte electis exhibitionem quandam cum summa, vt debuit reuerentia & honore inscriptis protulerunt. Sub hac forma, nos ch. Decanus. S. Custos. F. Scholasticus & Capitulum Wissegradensis Ecclesiæ, cum venerabili Domini P. Ecclesiæ nostræ præposito, totiusque regni Cancellario concordari & concordare affectantes nos exhibemus in hunc modum. Quod videlicet eandem reuerentiã honorem & iura, quæ antecessores nostri inclytis principibus fratribus & consanguineis, serenissimi Domini nostri Regis Dominis fœlicis memoriæ Arnoldo, Philippo, Wladislao & aliis Ecclesiæ nostræ præpositis, quorum durat memoria reuerenda exhibuerunt, prędicto Domino P. moderno præposito parati sumus exhibere, iura Ecclesiæ nostræ & iura per Dominum præpositum mutua vicissitudine conseruari deposcentes, rogamus itaque quatenus boni moris intuitu ne tam Domino Regi & nobilibus fratribus quam Clero & pręposito in vniuerso ex dissessio nostra scandalum generetur, ne ve etiam Ecclesia nostra quæ ratione pacis & concordiæ hucusque Diuina gubernante Clementia tranquilla perdurauit, occasione discordiæ nostræ in honorem & rebus iacturam patiatur, Dominus prępositus hãc nostram exhibitionem debeat acceptare, si autem dicta cõsuetudo Domino pręposito minus valens videatur, requiratur in regno Domini Episcopi & Capitulo Pragensi videlicet & Olomucensis Ecclesiarum de huiusmodi consuetudinibus vel iuribus, qualiter quidem vel qualis honor seu reuerentia tali & tanto prælato, sicut est Dominus præpositus Ecclesiæ nostræ debeat, exhiberi nusquam gratuita voluntate, quantumcunque dictarũ consuetudinum, Dominus præpositus approbauerint in bona fide parati sumus conseruare. Insuper in quocunq; per Capitulum vel aliquos Dominos de Capitulo nostro præpositus hodie offenderet, rationabiliter probauerit, se offensum emendam & satisfactionem debitam ipsi iuxta arbi-

arbitrium & mandatum verum prompti & parati sumus exhibere, ita vt Dominus Præpositus ob reuerentiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli hodie coram vobis Ecclesiæ Capitulo nostro & personis de Capitulo satisfaciat, vsa vitæ in quibuscunque læsi vel grauati sumus omnes vel singuli per ipsum Dominum Præpositum vel per suos quæ per priuilegia vel per testes ostendi poterunt aut probari.

His itaq; experte dictorum Dominorum Decani & Capituli videlicet Zękitatis & à nobis auditis diligenter priuilegia producta, in medium lecta sunt coram nobis pro voluntate Domini Præpositi, quarum etiam sufficiens & abundans copia data est ipsi Domino Præposito, ad legendum. Primò tam priuilegium fundatoris Domini videlicet beatæ memoriæ Sobeslai, quod lucide & expresse continebat medietatem viæ in Pchtif. ad Dominum Præpositum, & alteram medietatem ad canonicos pertinere similiter, quod medietatum & fructuum in Schitenicz, ad Dominum Præpositum & medietas ad cannicos spectaret, idem priuilegium continebat. Insuper quod custodes & campanarii Ecclesiæ ad custodem, & non ad alium pertinere debeant, ibidem sine ambiguo exprimebatur, super quæ ibi, & exhibitę sunt literæ Domini nostri serenissimi Regis moderni Ottakari videlicet, & lectæ coram nobis in quibus continebatur, quod diffinitiuam sententiam venerabilis Patris Domini Ioannis Pragensis Episcopi vicesimi quarti dicti Campanarii, & custodes Ecclesiæ Domino custodi fuerint adiudicati. Item quam Dominus Præpositus dixit collationem ad se pertinere præbendarum, super eas adducta fuit littera Domini Papæ Innocenti quarti, quæ collatio præbendarum ad capitulum spectare continebat, item lectum fuit priuilegium fœlicis memoriæ Domini Ottakari regis tertii, quod Zagradkam prædictum Regem pro reformatione ornatus Ecclesiæ datam esse asserebat, quoniam autem Dominus Præpositus habita mentione de Domino Pergt. quod in solemnitatibus magnis cum præsens fuerat in Wissegrad. per aliquos siue per aliquem de fratribus debeat requiri vtrum velit missæ vel vesperis interesse. Et quia dicebat, quæ iurisdictio temporalis omni modo ad eum pertineat & debeat pertinere. Super his omnibus taliter est pronunciatum, quod super solennitatibus præcipuis, Quando Dominus missæ interesse placuerit, si nūcium suum antequam Sacerdos induatur promiserit tenebitur expectare quantum autem ad iurisdictionem temporalem quicunque Canonicorum consilio & auxilio Domini Prępositi indigerint secure recedere paret, ad ipsum & ipse Dominus Præpositus pro honestatate & possibilitate sua defensare debet, &c. De domo S. Clementis in Pragensi ciuitate.

Hic ponitur tenor literarum Domini Ottokari Regis Boemiæ Donatoriarum Ecclesiam S. Clementii Ecclesiæ Wissegradensis.

In nomine sanctæ & in diuiduæ Trinitatis, Amen.

OTTOKARVS, qui & Præmisl Dei gratia Boemiæ Rex Ecclesiæ Wissegradensis in perpetuum, cum Regalem deceat excellentiam sanctam in omnibus promoueri & tueri Ecclesiam & nostræ visum fuit Magnificæ id excogitare & exequi, quod nostræ animæ cederet ad salutem. Notum siquidem facimus, tam præsentibus quam futuris, quod ad instantiam & iustam petitionem, dilecti consanguinei nostri Arnoldi honorabilis Præpositi Wissegradensis, & omnium Canonicorum ibidem Domino Deo famulantium Capellam sancti Clementis in eodem oppido constitutam, cum omnibus attinentiis suis præsentis syluis & hominibus censualibus post decessum sui præcessoris Ioannis Archidiaconis Curimensis Ecclesiæ sancti Petri Principis Apostolorum conferimus perpetuo possidendam, ad vsus fratrum & refectiones complendas, quas ipsis Prępositus explere non sufficit propter distinctionem donationum antiquarum, sicut de priuilegiis lectis nostrorum intelleximus, Attaworum & vt hęc nostra donatio robur habeat, perpetuo valiturum pręsens priuilegium fecimus exhiberi nostri sigilli munimine roboratum. Actum in Capitulo Wissegraden. Anno Dominicę incarnationis millesimo du centesimo. decimo quinto, Indictione tertio.

Hic ponitur tenor literarum Domini Wenceslai Regis Boemiæ confirmationis sancti Clementis donatæ per patrem suum Dominum Octokarum, Regem Ecclesiæ Wissegrad.

In nomine sanctæ & in diuiduæ Trinitatis, Amen.

NOs Wenceslaus Dei gratia Boemorum Rex quartus viris venerabilibus Philippo præposito dilecto nepoti suo Engelberto Decano totique Capitulo Wissegradensis Ecclesiæ salutem cum generaliter vniuersis Ecclesiis in Regni nostri Dominio constitutus, in iure suo teneamur adesse maxime tamẽ Wissegrad. Ecclesię quã ratione priuilegii singularis, cum nostra præ exteris sit specialis Capella dignam censemus apud nos dilectione maiori voluimus adesse in suis oportunitatibus & prodesse adeo vt eidem iura & libertates à nostris progenitoribus indultas, decreuerimus in cunctis ratas & firmas immobiliter conseruare, nec beneficia possessiones eidem Capitulo & Ecclesiæ Wissegrad. donatas in aliquo diminuere, sed potius adaugere, cunctis ergo tenore præsentium fieri volumus manifestum &c. Anno mense & Indictione, &c.

Hic ponitur tenor literarum Domini Innocentii papæ confirmatoriarum Capellæ S. Clementis donatæ Ecclesiæ Wissegrad. per Ottakarum Regem Boemiæ. 30

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Præposito Decano, & Capitulo Ecclesiæ Wissegr. Pragens. Diaconis salutem & Apostolicam gratiam. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum tam vigor æquitatis quam robur exigit Romanus vt ie per sollicitudinem officii nostri ad debitum producatur effectum, significastis, quod inclitæ recordationis Dominus Rex Boemorum nimia tenuitate redditun & pertinentium Ecclesiæ nostræ pia meditatione pensata ius patronatus, quod in Capella sua sancti Clementis de monte Wissegrad. habebat, & quidquid aliud sibi competebat, in illa ipsi Ecclesiæ in supplementum refectionis nostræ in perpetuum regis largitate concessit, prout in ipsius Regis charissimi in Christo filii 39
nostræ regis Boemiæ nati sui concessione huiusmodi acceptantes litteris confactis exinde dicitur plenius contineri, vestris ergo supplicationibus inclinati, quod à dicto D. proinde factum est in hac parte auctoritate Apostolica confirmamus & præsentes scripti pacrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli eius se nouerit incursurum, Datum Lugdini. XI. Kalend. Ianuarii, Pontificatus nostri Anno III.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini Wenceslai regis Boemiæ Donatoriarum villam in Codkowicz Ecclesiæ Wissegrad. ex quo à Principio præbenda facta fuerat. 48

WENCESLAVS Dei gratia Bohæmorum Rex, vniuersis qui Christiana professione censentur præsentes literas inspecturis salutem in vero salutari. Cum in Ecclesia Wissegrad. quæ nostra est Capella specialis, certus sit numerus Canonicorum & nos ad petionem quondam Magistri Ioannis de Assafenburth villam in Codkowicz Ecclesiæ contulerimus memoratę, vt ex ea prębendę de nouo constituerentur, ad quã idem Magister reciperetur in Canonicum & in fratrem tandem eodem Magistro vi- 59
am vniuersæ carnis ingresso dicta nulla de qua præbenda velut certum numerum fuerat, licet minus sufficiens constituta fideli nostro Alberoni clerico fuit in prebendam assignata, qui cum eandem aliquandiu possedisset demum in eadem Ecclesia fuit ad integram per electionem Canonicam præbendam concorditer annotatus sicque nulla memorata, &c. Anno Domini millesimo, ducentesimo, quadragesimo. quinto mense Aprilis, &c.

Hic ponitur tenor literarum Domini Innocentii Papæ confirmatoriarum donationis Willæ in Sodkowiez facta Ecclesiæ Wissegrad. per Dominum Wenceslaum Regem Boemiæ.

INNOCENTIVS seruus seruorum Dei dilectis filiis præposito Decano Wissegrensi totoque Capitulo Pragensi Dioc. salutem & Apostolicam gratiam. Cum à nobis petitur, quod iustum & æquum est & honestum tam vigor æquitatis quam ordo exigit, rationis vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur affectum, experte siquidem natura nobis extitit intimatum, quod cum charissimus in Christo filius noster Boemiæ Rex illustris villam suam de Hodkowicz cum suis pertinentiis iure Ecclesiæ concesserit, vt ex ea de nouo constitueretur, inipsa præbenda nouiter constitutam, receptus autem fuerat, in canonicatum & in fratre viam vniuersæ carnis ingresso & alterationem dominico qui postmodum præbendam ipsam adeptus fuerat, aliam in eadem Ecclesia consecuto dictus rex considerans, quod villa ipsa non erat sufficiens ad præbendam, annuit & concessit vt nos villam prædictam quadragesimalem refectiones vestræ quæ tenuis existebat possetis vsibus de præsentatione prout in ipsius regis literis exinde confectis dicitur contineri vestris ergo precibus inclinati, quod ab eodem rege proinde facta est in hac parte, &c. Datum Lugdini. duodecimo Kalend. Ianuarii, Pontificatus nostri Anno tertio.&c.

Hic ponitur tenor literæ Pothonis de infenet donatoriæ villæ in Kyrtz Capitulo Wissegrad. Ecclesiæ.

NOTVM sit vniuersis præsentes literas inspecturis quod nos Potho de Mseni inuiolabilem deuotionem & fidei puritatem quam ad Wissegradensem gerimus Ecclesiam exhibere per effectum operis cupientes Ecclesiæ omnia bona in vilam Kyrtzet nobis & hæredibus nostris in eiusdem bonis competebat diuinæ remunerationis intuitum resignamus & ad manus venerabiliorum virorum Ioannis præpositi Bartholomæi Decani Magistri Simonis custodis, Magistri Simonis Ioannis Scholastici & Capituli Eiusdem Ecclesiæ Wisseg. dicta bona in Kyrch cum præsens, pascuis syluis agris hominibus, & pertinentiis suis de cōsensu hæredum nostrorum, sicut nos ipsi hucusque dicta bona in Kyrich possedimus à præfata Ecclesia tenore præsentium assignamus conferentes omne ius & Dominium, &c. Anno Domini millesimo, ducentesimo, nonagesimo tertio in vigilia Beati Thomæ Apostoli.

Hic ponitur tenor Domini Ottakari Regis Boemiæ ratificationis ordinationis, anniuersarii patris sui quæ facta est ex capella sanctæ Margarethæ.

OTTAKARVS DEI gratia Dominus Regni Boemiæ Austriæ Dux & Marchio Morauiæ omnibus in perpetuum, vt perpeti celebrantur memoria qui in terris ab hominibus rationabiliter sunt concepta præsentes scire cupimus, quod nos ordinationem de anniuersario serenissimi Patris nostri quæ facta est ex Capella sanctæ Margarethæ ratum ac egregium quippe gratum habentes ipsum ob reuerentiam Dei & remedium animæ felicissimi Patris nostri auctoritate regia digne diximus confirmandam,&c. Datum in Casel. veteri Anno M. CC. LV.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini Primislai Regis Boemiæ confirmationis omnium donationum libertatum per suos antecessores fratrum Ecclesiis Pragensis, Wissegradensis, Strahouiensis, Beumouiensis.

PREMISLAVS Dei gratia hæres regni Boemię Dux Austrię Dominus Styrię, Morauię Marchio, ad rei memoriā sempiternā humani redēptionē generis ęterni Regis filius ab altis cœlorū ad ima descendens ne sententiā ꝑpetuę dānationis exciperet incarnari

de virgine voluit gloriosa & ex innata pietate suæ compatiens creaturæ, quam cæteris fecerat digniorem crucis subire tormenta, & mortis amaritudinem non expauit, post suam itaque resurrectionem à mortuis per mundum instituit Ecclesias vniuersum quibus ob remedium scismatis perfecit virum, super quem ædificauit Ecclesiam & ipsum Petrum à petra nominauit, dans ei in traditione clauium regni cælestis insignum specialissimæ dilectionis singularis priuilegii potestatẽ, vt quoscunque ligaret, vel solueret, super terram ligati essent in cælis, vel soluti: cuius etiam diaconi commisit Ecclesias effusione sui præciosissimi sanguinis perpetuæ, donatas libertati ad quã conseruationem tanto debeat Regnorum rectores & terrarum principes vniuersi studiosius anhelare, quanto damnabilius est cælestis regis gratiam homini violare; Christiano tali præcipue cui à Deo potestas in terris est collata; ad laudem bonorum & peruersorum, iuxta suorum exigentiam meritorum vltionem orationem Dominicæ potestatis humanam tenentes audaciam coercere. Nam etsi cuiuslibet Christiani hominis finalis diem iudicii formidare præcipue tamen potentes terreri debent, cum plus exigatur ab eo cui plus committitur, & gradus altitudinem sequi soleat, casus grauitas inter huiusmodi sane nostrarum considerationũ curas quibus altissimo creatore nostro, de cuius manu vitam & omnes dignitas nostras, seu honores quibus temporaliter fungimur, possidemus, & æterna speramus placere, &c. Datum per manus Magistri Euilemi prothonotarii Pragens. Ecclesiæ Canonici tempore & loco, &c.

Hic ponitur tenor preuilegii Domini Wenceslai Regis Boemiæ, confirmationis priuilegii Patris sui Domini Ottakari Regis & omnium, regum ac principum libertatum & aliis donationibus factis per eos Ecclesia Wissegrad.

In nomine Sanctę & indiuiduę Trinitatis, Amen.

WENCESLAVS secundus Boemorum & Poloniæ Rex, omnibus sacrosanctæ Catholicæ fidei filiis, & deuotę subscriptę rei notiam in memoriã sempiternam nostræ considerationis oculis dignum esse discernimus vt illos ampliori, sicut decet gratitudine prosequamur, quos nostræ celsitudini sinceris affectibus & fidei puritate præ cæteris non meminimis defuisse, cum enim talibus munificentiæ nostræ dexteram aperimus, proeul dubio solium nostræ Maiestatis extollamus & alios ad huiusmodi meritorum, stipendia quibusdam allectiuis exemplaribus inuitamus. Sane quia venerabilis Petrus Dei gratia Basilien. Episcopus præpositus Wissegrad. & regni nostri Boemiæ Cancellarius Princeps & Secretarius noster charissimus, in nostræ Maiestatis prouincia constitutus humiliter supplicauit, vt donationes libertates & cõfirmationes à claræ memoriæ quondam serenissimi Principis Ottakari Regis Boemię charissimi Patris nostri libertate, & ab aliis regibus seu Principibus, nostræ celsitudinis progenitoribus factas Ecclesiæ Wissegrad. quam eosdem nostros progenirores pie deuotionis affectu legimus & meminimus pro somtam dignaremur, sicut in ipsius Patris nostri literis continetur, auctoritate regia confirmare. Nos debitę considerationis affectu pensantes supplicationi huiusmodi, &c.

Hic ponitur tenor priuilegii Domini Ottakari, super danationem tabernæ facta Domino Bartholomæo custodi Wissegrad. & sua custodia, ex qua lucerna specialis pro ipsius animæ subsidio debet perpetuo honorari in Wissegradensi Ecclesia, &c.

In nomine sanctæ & in diuiduæ Trinitatis, Amen.

OTTAKARVS qui & Premislaus Dei gratia Dominus Regni Boemiæ Dux Austriæ & Styriæ, nec non Marchio Morauiæ dilecto Capellano nostro Bartholomæo, Wissegrad. Custodi sibique ibidem custodibus succedentibus imperpetuum, cum Christus sit caput Ecclesiæ, & in Petri vocabulo suam fundauerit Ecclesiam subiicientes & principatus potestates & regna, nos qui Deo pure attribuimus, quod viuimus mouemur, &c. Anno Domini millesimo, ducentesimo, quingentesimo quarto, VII. Idus Iulii.

In simili Ottakarus II. fuit, &c.

Pro-

Proscriptio redditunm de institis in Cutna pro debito in L X X X. Marcarum Czestel Zwerncho,

NOS Wencesiaus Dei gratia Boemiæ ac Poloniæ Rex notum facimus vniuersis prę́sentes literas inspecturis, quod informati sumus per dilectos nobis Heydenricum de Sedlicz & Conradum de Aula Regia, quibus felicis memoriæ, Pater noster testamentum sum disponendum commiserat, quod Ioanni Decano Gestell. ciuit. Pragen. & Wenhero institori, &c. Anno Domini M. CCC. VI. III. Nonas Iulii, Indictione IV. Regnorum nostrorum Anno secundo, &c.

LIBER VI.

DE PRIVILEGIIS.

QVOD diximus in principio libri præcedentis de exordiis Priuilegiorum, hoc idem de Priuilegiis ipsis sentimus, nam non est numerus Priuilegiorum omnium per totam Bohemiam, nec omnibus ad ea est aditus facilis, neque licet omnia communicari omnibus. Nos autem aliqua saltem huius S. Metropolitanæ Ecclesiæ afferemus, ex quibus, in quanta dignitate, libertate, honore & amore fuerit ipsa Religio Catholica ipsique Ecclesiastici facile licebit diiudicare.

PRIVILEGIVM LIBERTATIS QVOD HOMINES ECCLESIÆ SINT AB OMNIBVS sordidis munibus & angariis exempti.

OTTACARVS DEI gratia quintus Rex Bohęmorum Dux Austriæ, Dominus Stirię, Morauiæ Marchio, ad rei memoriam sempiternam. Pro humani redemptione generis æterni Regis filius ab altis cælorum ad ima descendēs ne perpetuę dampnationis sententiam exciperet, incarnari de virgine voluit gloriosa & ex innata pietate suæ cōpaciens creaturę quam cæteris fecerat digniorem crucis subire tormentum & mortis amaritudinem non expauit. Post suam itaque resurrectionem à mortuis per mundum instituit Ecclesias in vniuersum quibus ob remedium scismatis præfecit vnum super quem ædificauit Ecclesiam & ipsum Petrum à petra nominauit dans ei in traditione clauium Regni cælestis in signum dilectionis specialissime singularis priuilegii potestatem vt quoscunque ligaret, vel solueret super terrā ligari haberētur in cęlis vel soluti. Cuius etiā dilectioni præfatas cōmisit Ecclesias effusione sui præciosissimi sanguinis perpetuę donatas libertati. Ad quarum cōsummationem tanto debent Regnorum rectores & terrarum principes vniuersi studiosius anhelare, quāto damnabilius est cælestis Regis gratiam homini violare Christiano, tali præcipue cui adeo gladii est potestas in terris collata ad laudem bonorum & peruersorum innata suorum exigentiam multorum vltionem hac ratione dominicę potestatis humanam teneantur audaciam coercere. Nam etsi cuiuslibet Christiani sit hominis finalis diem iudicii formidare præcipue tamen potentes terreri debent, cum plus exigatur ab eo cui plus committitur, & gradus altitudinem sequi soleat casus grauitas. Inter huiusmodi sane nostrarum considerationum curas, quibus altissimo creatori nostro de cuius misericordia vitam & omnes dignitates nostras seu honores. Quibus temporaliter fungimur possidemus, & æterna speramus placere, quantum ipsius promittit gratia lętantes proponimus suppremamente reuoluimus &

deuotione debita cogitamus. Qualiter imprimis matrem fidei magistram diuinę legis sacrosanctam Romanam Ecclesiam quam cultu sacro corde pariter & corpore veneramur honore debito, & dignis in Domino seruitiis honoremus. Deinde cæteras in nostro præcipuæ diuino constitutas congruis fauoribus tamquam princeps Catholicus attollamus, sanc ad honorem Dei omnipotentis cuius Spiritu totum corpus Ecclesiæ regitur & beatorum Martyrum Viti, Wenceslai, Adalberti, in quorum honore S. Pragen. Ecclesia Episcopali Cathedra decorata fundata dignoscitur. De cuius etiā corpore suscepimus Deo propitio nostri capitis Dyadema & plena Regiæ dignitatis adepti sumus potestatem perpetua & irrefragabili gaudere volumus libertate. Ita videlicet vt ab omnib. sordidis muneribus sit exempta ab angariis & parangariis vniuersis, in nummis ab exactionum vexationibus aliena. Caterum vt illa atq; quæ est diuinitus instituta quietius peragere valeat, & telam prolixi narratus texat sermo breuis sic ipsā venerabilem Prag. Ecclesiā ab omnibus esse volumus vexationibus immunē, vt ipsius orationibus, quę pro nobis iugiter interpellant, apud Deu & mundi cursus pacifice nostris actibus dirigatur, & eius meritis in æterni Regis palatio desiderata nobis mansio præparetur. Omnia etiam ei priuilegia a nostris antecessoribus, pia consideratione concessa siue sint realia, siue personalia ad res seu iura pertinentia omnimodo [illegible] prima figura & autenticis sigillis sigillata non viciata nō cancellata, nec in aliquam sui parte abolita rata habemus, & firma & ea auctoritate præsentis scripti confirmamus, volentes illa tractatu temporū a maliuolis aliquibus aliquatenus temerario violari. In cuius rei testimonium præsentes, de communi consilio Baronum nostrorum eidem Pragensis Ecclesiæ concedimus literas pro memoria præfatorum omnium sempiterna, Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Ad maiorem vero fidem & euidentiorem cautelam huius nostræ donationis seu confirmationis, fidem per dominum & patrem nostrum sanctissimum Petri successorem & Ihesu Christi Vicarium confirmari volumus & rogamus. Actum Pragæ Anno Domini M. CC. LXII, Idus Ianuarii præsentibus his testibus Domino Ioanne venerabili Episcopo, Iacobo Præposito Prznobotro Scolastico, Pragensibus Dn. Andrea Aulæ Regiæ summo Cammerario Dn. Iaroslao Burgrauio Prag. Dn. Chetonæ Iudice Domino Hermano Subcamerario, Olrico Burgrauio de Loket, Olrico de noua domo, Wilhelmo do Podiebrad, Zuaema de Kostomlat, Sdrzlao Submarscalco, Zdezlao Stermberch, Iaroslao Castellano de Boleziaw, Benesio Subcamerario Morauien. Datum per manus Magistrorum Arnoldi & Wilhelmi Prothonotariorum Prag. Ecclesiæ Canonicorum, die & loco præfato.

Confirmatio libertatum per Regem Przemisl Ecclesiæ Pragens. concessum ac toti Clero pragens. Diœcesis.

PRZEMISL Dei gratia Heres Regni Boemiæ Dux Austriæ Dominus Stiriæ, Morauiæ Marchio. Ad rei memoriam sempiternam, pro humani redemptione generis æterni regis filius ab altis cælorum ad ima descendens ne sententiam perpetuæ damnationis exciperet incarnari de virgine voluit, gloriosa & ex innata pietate sua compatiens creaturæ quam cæteris fecerat digniorem crucis subire tormentum & mortis amaritudinem non expauit. Post suam itaque resurrectionem Ecclesiam per mundum instituit. Ecclesias vniuersum quibus ob remedium salutis præfecit, vnum super quem ædificauit Ecclesiam & ipsum Petrum a Petra nominauit dans ei in traditione clauium Regni cœlestis in signum dilectionis specialissime singulari priuilegii potestatem, vt quoscunque ligaret vel solueret super terram ligati haberentur in cœlis vel soluti, cuius etiam ditioni præfatas commisit Ecclesias effusione sui pretiosissimi sanguinis perpetue donatas libertati. Ad quarum conseruationem eo ardentius debent regnorum rectores & terrarum Principes vniuersi studiosius anhelare, quanto damnabilius est cœlestis regis gratiam homini violare Christiano tali præcipue, cui a Deo gladii est potestas in terris collata ad laudem bonorum & peruersorum iniustorum exigentiam meritorum vltionem, ac ratione Dominicæ potestatis humanam tenentur audaciam cohercere. Nam etsi cuiuslibet Christiani sit hominis finalis diem iudicii formidare præcipue tamen potentes terreri debent, cum plus exigatur ab eo cui plus committitur & gradus altitudinem sequi soleat casus grauitas. Inter hu[illegible]

ſane noſtrarum conſiderationum curas quibus altiſſimo creatori noſtro, de cuius miſericordia vitam & omnes dignitates noſtras, ſeu honores quibus temporaliter fungimur poſſidemus, & æterna ſperamus placere, quantum ipſius permittit gratia lętantes proponimus ſuprema mente reroluimus & deuotione debita cogitamus qualiter in primis matrem fidei magiſtram diuinæ legis ſacro ſanctam Romanam Eccleſiam, quam cultu ſacro corde pariter & corpore veneramur, honore debito. & dignis in Domino ſeruitiis honoremus, deinde cæteras in noſtro præcipue domino conſtitutas, congruis fauoribus, tanquam princeps Catholicus attollamus. Sane ad honorem Dei omnipotentis, cuius Spiritu totum corpus Eccleſiæ regitur, beatorum Martyrum Viti, Wenceslai, Adalberti, in quorum honore ſancta Pragenſis Eccleſia Epiſcopali Cathedra, decorata fundata dinoſcitur, de cuius etiam corpore ſuſcepturi ſumus Deo propitio noſtri capitis dyadema & plenam Regiæ dignitatis adepturi poteſtatem, nec non honorabilem Wiſſegrad. Eccleſiam, Capellam noſtram ſpecialem nullo medio in ſpiritualibus Eccleſię Romanæ ſubiectam ad honorem beati Petri Apoſtolorum principis, à noſtris pia deuotione progenitoribus inſtitutam & nobilibus munitam priuilegiis, Eccleſiam etiam ſacratiſſime virginis Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quam poſt Deum totus viuit orbis terrarum, in monte Syon fideliter inſtitutam, & venerabili Præmonſtratenſi ordini deputatam, Pium inſuper Brewnouenſe Monaſteriũ Ordinis ſancti Benedicti in vicinis campis fœliciter conſtructum & dotatũ, ac omnes alias Eccleſias Regni Boemiæ tam ſeculares, quam religioſas quocunq; nomine cenſeantur, perpetua & irrefragabili gaudere volumus libertate ita videlicet, vt ab omnibus ſordidis muneribus ſine exempte ab angariis & parangariis vniuerſis immunes ab exactionum vexationibus alienę. Cæterum vt illa ad quæ ſint diuinitus inſtiturę quietius peragere valeant, & telam prolixi narratus texat ſermo breuis, ſic cunctas Domini noſtri Eccleſias ab omnibus eſſe volumus vexationibus immunes, vt ipſarum orationibus, quæ pro nobis iugiter interpellant, apud Deum & mundi curſus pacifice noſtris actibus dirigatur, & earum meritis in æterni Regis palatio deſiderata nobis mãſio pręparetur. Omnia etiam eis priuilegia à noſtris pia anteceſſoribus conſideratione conceſſa ſiue ſint regalia ſiue perſonalia, ad res ſeu iura pertinentia dummodo appareant, in prima figura & autenticis ſigillis ſigillata, non viciata non cancellata, non aliqua ſui parte abolita rata habemus, & firma & ea auctoritate pręſentis ſcripti confirmamus volentes illa tractatu temporis à maliuolis, aliquibus auſu temerario violari. In cuius rei teſtimonium præſentes, de communi conſilio Baronum noſtrorum vniuerſis venerabilibus Eccleſiis ſeu quibuslibet, aliis piis locis concedimus literas pro memoria præfatorum omnium ſempiterna ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. Ad maiorem vero fidem & euidentiorem cautelam, huius noſtræ donationis ſeu confirmationis ſeriem, per Dominum & patrem noſtrum ſanctiſſimum Petri ſucceſſorem, & Ieſu Chriſti vicarium confirmari volumus & rogamus. Actum Pragę Anno Domini M. CC. LIII. XII. Kal. Decembris præſentibus his teſtibus Domino Conrado venerabili Friſien. Epiſco fratre Velaſco de ordine minorum pp pænitentiario & nuncio Borſonæ Camerario Regni Boemiæ Iaroſio Burcgrauio Pragen. Vitkone de nouo Caſtro, Bauaro & Conrado Caſtellanis de Klingeberk Bozuta Caſtellano Luthomericenſ. Iaroslao Caſtellano de Netholich, Gallo de Leuiber. Olrico Caſtellano de Loketh, Chech, Pincerna Aulæ Regiæ Marquardo ſubcamerario Pomneno ſummo Aulæ Regiæ Iudice. Datũ per manus Magiſtri Gwilhelmi Prothonotarii Pragen. Eccleſiæ Canonici die & loco præfati.

Littera confirmationis Regis Wenceslai monoculi Regis quarti ſuper libertate Eccleſiæ Pragenſis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

NOs Wenceslaus Dei gratia Bohæmorum Rex quartus cupientes, vt opera charitatis Chriſti quæ olim in patre noſtro præceſſerunt, per nos plenius eluceſcant, ob amorem Dei omnium Saluatoris & reuerentiam Eccleſiæ Pragen. de cuius gremio Regni ſuſcepimus, Dyadema priuilegium sereniſſimi patris noſtri fœlicis memoriæ Ottari Illuſtris Bohæmorum Regis tertii cuius reſcriptum inferius eſt, ſubiecto pleno affectu renouandum duximus ſub hac forma. NOS OTTARVS Dei gratia Bohæmorum Rex vniuerſis Chriſti fidelibus præſentis priuilegii litteras inſpecturis Humanæ naturæ conditio ſemper trahit ad ſe miſeriam & defectum, & quanto plus homo in hoc mundo foris tranſitoriis rebus inuoluitur tanto magis virtus interior ener-

uatur. Vnde veram credimus salubris consilii medicinam, vt sicut quis cadit per vitium sic assuescat resurgere per virtutem maxime sus restituens alienum, quod nullus posset absq; peccato & mortis interritu detinere credere, iure possumus & debemus. Hinc est igitur quod vniuersos, volumus non latere quod cum inter nos, & venerabilem patrem Andream Pragensem Episcopum super libertate Pragensis Ecclesiæ, & aliis articulis, apud examen sedis Apostolicæ verteretur, quomodo per sanctissimi patris Domini Honorii Tertii summi pontificis prouidentiam, de voluntate partium est statutũ, vt de prædicta priuilegia nostra & antecessorum nostrorum quorum tenorem, idẽ Episcopo suo Iuramento probaret, nos restaurare Pragensi Episcopatui & Ecclesiæ debemus. Pro quo siquidem & aliis implendis cum venerabilis pater Dominus G. de crescerer, S. Theodori Diaconi, Cardinali. In regno Boemiæ legationis officio fungeretur, & idem in ipsius Episcopi venerabilis patris Domini Legati præsentia multis astantibus, Episcopis Abbatibus & aliis Ecclesiarũ prælatis, & maiorib. Baronibus Regni nostri secundum tenorem, infra positum præstiterit Iuramentum, nos omia quæ iurauit adimpleret volentes Episcopatui & Ecclesiæ Pragensi priuilegium deperditum taliter restauramus. Ad honorem gratiæ Dei patris & beatorum Martyrum Viti, Wenceslai, & Adalberti, patronorum nostrorum & antecessorũ nostrorũ omuibus animab. cõcedimus, & donamus Pragensi Episcopatui & Ecclesiæ & hominibus tam ipsius Episcopi, quam Ecclesiæ omnem libertatem & remittimus ipsi Episcopatui & Ecclesiæ & hominibus eorundem omnem exactionem inquietationem vendi ionem Narok & Zwod, Hlaua, Wrez collectas generales, ædificationes castrorũ fossata Prezeki prouodnarem & omnia alia grauamina. Et si quis de hominibus Episcopatus vel Ecclesiæ Pragensis furtum vel rapinam vel aliam huiusmodi grandem culpam perpetrauerit, præparator criminis sententiæ Regiæ potestatis subiaceat, & Pragen. Ecclesia vel Episcopatus cuius homo erat ipsius sibi vindicet facultates. Si quis etiam in bonis Episcopatus vel Ecclesiæ Pragensis homicidium præsumpserit perpetrare, & homicida cuiserit consanguinei interfecti reum iure terræ proquirant, ita tamen quod homines Ecclesiæ & Episcopatus conseruentur indempnes, Podium etiã quod aliquando eiusdem fuit Ecclesiæ cum omnibus iuribus suis accessionibus, & pertinentiis de Regia munificentia concedimus & donamus. Ad huius igitur nostræ restaurationis concessionis & donationis, noticiam & inuiolabile firmamentum coram infra positis testibus, præsens priuilegium per manum Hermanni Notarii & Capellani nostri fecimus fieri, & ipsum nostri Sigilli munimine mandauimus insigniri. Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXI. nonas Iulii, Indictione VIII. in monte Scach præsidente in Romana Ecclesiæ Domino Honorio. Regnante vero in Imperio Domino. FF. In præsentia Domini G. de erescent S. Theodori Diac. Card. Apostolicæ sedis Legato, Testes autẽ sunt hi. Dominus Robertus Olumucensis Episcopus, Dominus Ioannes Turiensis Episcopus, Dn. Ioannes Tutriensis Episcopus, Dn. Laurentius Wratislauiensis Episcopus, Dn. Lupoldus Austriæ & Stiriæ Dux, Comes Conradus de Ardeck, Dn. Poppo Præpositus Bambergiensis. Dluhomil Abbas de Brewnuw Hermannus Abbas de Willu. Regnerus Abbas de Insula. Ioannes Abbas de Gradisch, Bertholdus Abbas de Stragon, Gerlagus Abbas de Milewsk, Willelmus Abbas de Silca. Hermanus Abbas de Littomrzl. Bonifacius Abbas de Gradiz. Florianus Abbas de Luca, Womerus Abbas sanctæ Crucis, Walterus Præpositus Numburgensis. Wecliko Abbas de Gothinco, Getardus Abbas de Lirueld. Marquardus Abbas de Swetla, Henricus Ducis Austriæ Notarius, Marquardus Præpositus S. Hypoliti, Bauarus Budiuoy, Boruta, Iaros, Vitho, Henricus frater eius, Bohuslaus, Sulrzlaus Holach, Diuis Barones Bohæm. Nulli ergo &c. Datũ Signię VI. Kal. Iulii vt autem prinilegium præsens nostris temporibus renouatum robur obtineat, firmitatis ipsum sigilli nostri caractere insignimus, Datum Pragæ Anno Christi M. CC. XLIX. XIII. kal. Augusti, Pontificatus venerabilis patris Domini Nicolai Pragensis Episcopi Anno nono.

Copia priuilegiorum & confirmationum libertatum Ecclesiæ

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

NOs Wenceslaus Dei gratia Bohæmorum Rex quartus cupiens, vt opera charitatis Christi quæ olim in patre nostro præcesserunt, per nos plenius elucescant, ob amorem Dei omnium Saluatoris & reuerentiam Ecclesiæ Pragen. de cuius gremio Regni suscepimus Dyadema priuilegium serenissimi patris nostri fœlicis memoriæ

Otacari illustris Boemorum Regis tertii, cuius rescriptum inferius est subiectũ pleno affectu renouandũ duximus sub hac forma. Nos Otacatus Dei gratia Boemorũ Rex vniuersis Christi fidelib. pręsentis priuilegii litteras inspecturis. Humanę naturę conditio semper trahit ad se miseriam & defectum & quanto plus homo in hoc mũdo foris transitoriis reb. inuoluitur tanto magis virtus interior emergatur. Vnde verã credimus salubris consilii medicinã, vt sicut quis eadit per vitiũ sic asuescat resurgere per virtutẽ, maximo ius restituens alienum q. nullus posset, absq; peccato, & mortis interitu detinere credere iure possum° & debemus. Hinc est ergo q. vniuersos volum° nõ latere q. cum inter nos, & venerabilẽ patrem Andreã Pragensem Episcopũ super libertate Pragensis Ecclesiæ & aliis articulis, apud examen sedis Apostolicę quę scio verteretur, per sanctissimi patris Domini Honorii tertii, summi pontificis prouidentiam de voluntate pretium est statutum, vt de perdita priuilegia nostra & antecessorum nostrorũ quorũ tenorẽ idem Episcopo suo iuramento probaret, nos restautare Pragen. Episcopatui & Ecclesiæ deberemus. Pro quo siquidem & aliis adimplendis cũ venerabilis pater Dn. Gregorius de Crescent. S. Theodori Diaconus, Cardinalis in Regno Boemię legationis officio fungeretur, & idem in ipsius Episcopi venerabilis Patris Dn. Legati pręsentia multis astantibus Episcopis Abbatibus & aliis Ecclesiarũ prælatis, & maiorib. Baronibus Regni nostri secundũ tenorẽ infra positũ præstiterit iuramentũ. Nos omnia quę iurauit adimplere volentes Episcopatui & Ecclesiæ Prag. priuilegium deperditum taliter restauremus. Ad honorem ergo Dei Patris & beatorũ Martyrum Viti, Wenceslai & Adalberti patronorum nostrorum pro remissione peccatorum & antecessorum nostrorũ animab. cõcedimus, & donamus Prag. Episcopatui & Ecclesiæ, & hominib. tam ipsius Episcopi quam Ecclesiæ omnẽ libertatem & remittimus, ipsi Episcopatui & Ecclesiæ & hominibus eorundem omnem exactionem, siue inquietationem venditionẽ Narok, Zwod, Hlaua, Wrez, Collectas generales ędificationes castrorum fossata, Pręseu, Pronod, Narez, & omnia alia grauamina, & si quis de hominib. Episcopat° vel Ecclesiæ Prag. furtum vel rapinã vel aliam huiusmodi grandem culpã perpetrauerit. perpetrator criminis sententiæ Regiæ potestatis subiacear & Pragẽsis Ecclesia vel Episcopatus cuius homo erat ipsius supra vendicet facultates. Si quis etiã in bonis Episcopat°, vel Ecclesiæ Prag. homicidium præsumpserit perpetrare & homicida euaserit consanguinei interfecti reum iure terræ perquirant, ita tamen quod homines Ecclesiæ & Episcopatus conseruentur indempnes. Podium etiam quod aliquãdo eiusdẽ fuit Ecclesiæ cum omnib. iuribus suis accessionibus & pertinentiis de Regia munificentia concedimus & donamus. Ad huius gratiæ nostrę restitutionis, concessionis & donationis noticiam & inuiolabile firmamentum corã infra positis testib. præsens priuilegiũ per manum Hermani Notarii & Capellani nostri fecimus fieri, & ipsum nostri Sigilli munimine mandauimus insigniri. Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXI. Nonas Iulii, Indictione IX. in more Seath pręsidente in Romana Ecclesia Domino Honorio III. Regnante vero Imperio D. Friderico in præsentia Dn. Gregorii de Crescent. S. Theodori Diaconi, Cardinalis Apostolicæ sedis Legato. Testes autem sunt hi Dn. Robertus Olomucensis Episcopus, Dn. Ioannes Turriensis Episcopus, Dn. Laurentius Wratislauiensis Episcopus. Dn. Lupoldus Austrię & Stiriæ Dux. Comes Conradus de Ardech, Dn. Poppo Præpositus Bamburgensis Dhihomil Abbas de Brewnow, Hermanus Abbas de Wilamow, Rehnerus Abbas de Insula, Ioannes Abbas de Gradisch, Bertholdus Abbas de Stragou, Gerlagus Abbes de Milewsk, Wilhelmus Abbas de Syloa, Wernerus Abbas S. Crucis, Walterus Præpositus Numbergensis, Wecko, Abbas de Gothirco, Gerardus Abbas de Litmeld. Marquardus Abbas de Swetla, Hericus Ducis Austrię Notarius. Marquardus Pręposítus S. Ypoliti Bauarus, Budiuoy, Boruta, Iaros, Witko, Hẽric° frater eius Bohuzlaus. Spatozla°, Zulislaus, Holath, diuis Barones Boem. Nulli ergo &c. Datũ Siginę VI. Kal. Iulii. Vt aũt priuilegiũ pręsens nostris temporib. renouatũ robur obtineat firmitatis ipsum Sigilli nostri Caractere insignimus Datũ Pragę Anno gratię M. CC. XLIX. XIII. Kal. Aug. Pontificatus venerabilis patris Dn. Nicolai Episcopi Anno Nono.

Confirmatio priuilegiorum per Dn. Ioannem Regem Ecclesia Pragensis.

IOANNES Dei gratia Boemorũ & Poloniæ Rex ad Lucemburgensis, Comes omnib. in perpetuũ, inter curas multiplices quib. pulsamur, assiduo & distrahimur supra vires illa propensius magisq; solicitat mentẽ nostram, vt Ecclesię quas nostrę ambit maiestatis Dominiũ & Pragensis pręcipue quæ beatissimorũ patronorũ nostrorũ Viti, Wen-

ceslai, atq; Adalberti insignitur titulus & corporib. decoratur, plene sui honoris potiatur priuilegiis nihilq; in personis & reb. nec non iuribus ac libertatibus vniuersis, siue ex S. Patrum institutione siue ex quorumcunq; predecessorum nostrorũ Principum & Regũ Boemię pia sibi libertate collatis, lęsionis vel dispẽdii patiantur, propter quod nõ leuis sentimus punctionis aculeos cum ad nostrã deferatur noticiã eas, vel earum aliquã lacessiri iniuriis vel violentiis prægrauari Cumq; ad nostræ Maiestatis aures dilecto nobis Hincone prædictę Pragensis Ecclesię Præposito referente peruenerit, per Barones & Nobiles Regni nostri ciuitatum ciues, iustitiarios, beneficiarios, aliosq; officiorũ nostrorũ incoles Prag. Ecclesiæ iura & libertates infringi graues q; sibi in eas iniurias & violentias irrogari. De hoc doluimus & dolemus maxime quia sunt credentes aliqui, & quod est grauius asserentes. Hoc de nostro prodire beneplacito, de nostroq; venire consensu, vnde vt & predictorũ confutetur assertio & os loquentiũ talia obstruatur profitemur & dicimus p̃dicta omnino esse & fuisse nostrę voluntati contraria nũquãq; ad hoc nostrum accessisse vel affuisse consensum, & vt quę loquimur rei confirmet effectus, ratificamus approbamus, & ex certa ac deliberata nostra scientia cõfirmamus omnia iura, priuilegia, libertates, immunitates & cõsuetudines ipsius Prag. Ecclesiæ cuiuscunq; tenoris vel quorũcunq; tenorũ existant, quę habuit, vel habet & quibuscunq; prædecessorib. nostris, Principib. nostris, Principib. vel Regibus regni Boemiæ vel a sede Apostolica in speciali & etiam in cõmuni, ea quę per nos ipsos firmiter tenere ac illibata seruare promittimus, & contra ea aut eorũ aliquid vllo vnquã tempore non venire. Capitaneo quoq; qui nunc est, & qui fuerint in futurum, Baronibus etiã & Nobilib. vniuersis iustitiariis iudicibus, & consulibus ciuitatũ villicis omnibusq; in communi quacunq; ex nobis vel ex successorib. nostris in regno Boemiæ nunc potestatem habentibus, vel in posterum habituris sub fidelitatis debito iniungimus per præsentes. Quatenus omnia prædicta Prag. Ecclesiæ & personis eius sine aliqua diminutione teneant, eamq; in his foueant, protegant & conseruẽt, itaq; in hoc prompta executione se gerant, vt per Prælatos & Canonicos prędictæ Prag Ecclesiæ sup his non oporteat moueri. Sciantq; omnes cuiuscunq; conditionis siue preeminentię fuerint siue status qui ipsi Prag Ecclesię prędicta vel aliquid prædictorũ infregerint, teneri se ad resartionẽ siue solutionẽ omnium expensarũ dampnorũ & interesse quę ppter prędictorũ violationẽ ipsam Prag. Ecclesiã, vel aliquẽ de Ecclesia ipsa contigerit sustinere, ad quorum repetitionẽ ipsi Prag. Ecclesię in cuilibet de Ecclesia tãquã de re rapta vel violenter ablata cõpetere volumus actionẽ. Et mandamus sub obtentu gratię nostrę vniuersis iudicibus, beneficiariis cęterisq; iustitiariis regni nostri, vt de p̃dictis priuilegiorũ & libertatũ violatorib. Ecclesię Prag. & omnib. de Ecclesia talẽ exhibeant sine aliqua cõtradictione iustitiã qualẽ de raptoribus & violentis rerum ablatoribus exhiberent, in cuius rei testimonium pręsentes literas fieri & sigillo nostro maiori iussimus cõmuniri. Datũ Lucemb. Anno Domini M. CCC. XXV. VIII. Kal. Octobris.

Wladislai Regis confirmatio omnium priuilegiorum & dat priuilegium, quod bona prælatorum & Canonicorum non vult proscribere & omnes proscriptiones suas de dictis bonis annullat & irritat. &c.

WLADISLAVS Dei gratia Boemię Rex, Morauiæ Marchio Lucemburgensis & Silesię Dux, ac Lusatię Marchio &c. Ad ppetuã rei memoriã bene coducit Regię nostrę celsitudini almã Metropol. regni nostri seu sedẽ Archiepiscopalem & Ecclesiam matre Prag. Ecclesiã in tantũ dignis honorib. præuenire in quãtũ peculiarib. summorũ Romanorum Pontificum gratiis ac Diuorum antecessorum nostrorum priuilegiis bonis quoq; & possessionib. erat plurimũ referta & quidẽ optime merito iure hoc ipsum eidem Pragensi Ecclesię obtigit, cum miris ac egregiis structuris insignitq; decoris ornamento splendidissimo reddatur, & in ipsa B. Martyrũ & Patronorum nostri Regni Boemiæ S. Reliquiæ recõditæ a Christi fidelibus pro indulgentiis singularibus consequendis, cum summa veneratione deuote frequentantur, vbi & Diuinus cultus ac mysteria salutaria Deo & sanctis suis in dies a Clero offeruntur, quidhoc ad laudẽ Dei omnipotentis ad gloriã Ecclesiæ sanctę & ad Regni nostri honorem immortalem. Hinc nos integro animo, animaduertentes dictã Ecclesiã Prag. instar olim serenissimorũ antecessorum nostrorũ Boemię Regũ, qui ipsam & fundauerunt & dotauerunt, miru in modũ diligimus Cumq; in eadẽ Diadema Regum & Regni nostri sceptrũ Deo fauente suscepimus, sibi & Clero eiusdẽ in tantum afficimur, quod priuilegiorum libertatũ & gratiarum ipsorum conseruationẽ & firmitati, non modo prospicere, quantũ eadem

auge-

augere libenter intendimus, vt eiusdem Ecclesiæ Ministri gratiam nostram Regiam sentientes, pro nostra aliorumue fidelium salute, Deum omnipotentem deprecentur. Sane itaque pro parte honorabilium Decani Capituli & totius Cleri, iam dictæ Ecclesiæ Pragensis Metropolitanæ deuotorum nostrorum dilectorum est nobis humiliter supplicatu, quatenus de benignitate Regia omnes & singulas literas, gratias, & libertates, immunitates, donationes, concessiones, prærogatiuas laudabiles cõsuetudines, statuta, bona & possessiones priuilegiaq; indulta & iura, vniuersa quas & quæ olim serenissimi Romanorum & Boemiæ Reges ac illustres Principes antecessores nostri eidẽ Ecclesiæ & Clero ipsius dederunt & contulerunt ipsis approbare, ratificare, innouare & confirmare dignaremur. Nos itaq; præfatæ Ecclesiæ cõmodis & vtilitatibus fauentes, vt exinde diuinæ laudis in eadẽ magis magisq; vigeat, incrementum vot s prædictis gratiose annuimus. Et non per errorem aut improuide, sed animo deliberato sano procerũ aliorumue nostrorũ fidelium accedente consilio de certa nostra scientia auctoritate Regia omnes p̃dictas literas, gratias, libertates, immunitates, donationes, concessiones, prærogatiuas laudabiles consuetudines, statuta, bona & possessiones, priuilegia quoq; indulta & iura vniuersa olim a Serenissimis Romanorum & Boemorũ & Boemiæ Regib. ac illustribus Principibus prædecessorib. nostris nominatæ Prag Ecclesiæ Prelatis Canonicis & toti Clero eiusdem datas & concessas, data & concessa approbamus ratificamus, innouamus & gratiosius confirmamus in omnibus punctis, clausulis, articulis & sententiis suis taliter omnino, ac si omnia huiusmodi priuilegia omniumue tenores præsentibus literis nostris expresse & per totum de verbo ad verbum insererentur. Decernentes singula huiusmodi priuilegia cum omnib. generaliter in eisdẽ contentis obtinere debere perpetuæ inuiolabilis roboris firmitatẽ. Supplentes etiã de Regię potestatis plenitudine omnem defectum, qui his literis nostris quocunq; modo de consuetudine de facto vel de iure obsistere possit. Et vt præfata Ecclesia Metropolitanaq; Pragensis ampliori dono nostro Regio consoletur. Hanc gratiam nostram specialem quam idemtidem à diuis antecessoribus nostris obtinere noscuntur, eidem & Clero ipsius damus concedimus & conferimus gratiose videlicet: vt bona & possessiones prædictæ Ecclesiæ Prælatorum, Canonicorum, totiusq; Cleri eiusdem per nos aut successores nostrus Boemiæ Reges non debeant deinceps inscribi, pignorari, obligari, aut cuipiam ad longum breueue locari. Quod si secus per inaduertentiam importunitatẽ, petentium per obliuionem aut quocunq; casu alio contingeret, illud ex nunc prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, eadẽ authoritate Regia annullamus, cassamus, destituimus, irritamus, & penitus nullius roboris seu firmitatis esse decernimus perpetuis temporibus in futurum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ cõfirmationis, approbationis, concessionis & donationis, quouis modo infringere, aut ei ausu temerario quomodolibet contraire, sub pœna indignationis nostræ Regiæ nostrorumue successorũ, ac sub pœna in priuilegiis dictæ Ecclesiæ Prag. expresse contenta. Quas pœnas contra facientes se nouerint irremissibiliter incessuros. In quorum fidem has literas nostras fieri, & sigilli nostri Regalis appensione iussimus cõmuniri. Datum Pragæ die xxiv. Mensis Nouemb. Anno Domini M. CCCC. LXXII. Regni nostri An. I.

Ad relationem Domini Wilhelmi de Rizemberg & in Rabu supremi Cancellarii Regni Boemiæ, Magister Nicolaus de Ledecz Canonicus Wissegradensis.

Sigismundi Imperatoris II. Regis Boemiæ confirmatio omnium priuilegiorum generalis.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis fœliciter, Amen.

SIGISMVNDVS diuina fauente Clementia Romanorũ Imperator semper Augustus ac Hungariæ, Boemiæ, Dalmatię, Croatię, Ramę, Seruię, Galitię, Lodomerię, Cumanię, Bulgariæq; Rex, ac Lucemburgensis Dux. Ad perpetuã rei memoriã exultant diuinæ iustitiæ archana dum ea quę pro S. Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarũ vtilitatib. quę sunt collata sincero corroborantur affectu, resultãt equidẽ Deitatis misteria, dum ea quæ pro earundẽ Ecclesiarũ gloria stabili firmamento sunt concessa multiplicatis incrementis reuirescunt. Profecto & si ad quarumlibet Ecclesiarum earumq; personarum promouenda commoda libertatesq; & gratias agendas, nos Imperialis officii sollicitudo ammonet. Nihilominus tamen ad Ecclesiam Metropolitanam Pragensem, vbi diuina disponente clementia Reges Boemiæ coronantur, ardentiori zelo nostra digne aspirat intentio & amplioris deuotionis dulcedine ad eius exaltationem nostræ mentis aciem dirigimus cum ibidem Patronorum nostrorum Boemię sanctorũ Wenceslai, Viti, Adalberti & Sigismundi martyrum pignora reliquiarũ sunt condita.

quorum titulus ipsa Ecclesia coruscat decorata. Sane honorabiles Præpositus Decanus Canonici & Capitulũ eiusdem Pragensis Ecclesiæ Deuoti nostri dilecti, accedentes nostrę Maiestatis præsentiam nobis humiliter supplicauerunt, quatenus ipsis & eidem Ecclesiæ & eorum successorib. vniuersa & singula priuilegia literas gratias libertates immunitates concessiones iura feuda possessiones, bona prædia & cõsuetudines, prædictæ Ecclesiæ à primęua eius fundatione, vsq; in præsentiarum in capite & in mẽbris à recolendæ memoriæ Illustribus, quondam præcessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac etiam Boemiæ Regibus & Ducibus datas, & concessa ac data & concessas, aut quouis titulo emptionis donationis concessionis permutationis, aut quę ex legatis & testamentis obtinuisse noscuntur. Et signanter priuilegia & literas ipsis super eorum donationibus, concessionibus iuribus & gratiis à Diuis, quõdam serenissimis Principibus Ottakaro Duce Boemiæ, ac Ioanne Boemiæ & Poloniæ Rege Auo nostro, nec non Karolo Romanorum Imperatore & Boemiæ Rege Genitore nostro, nec non Wenceslao fratre nostro etiam Boemiæ Rege, & aliis nostris prædecessoribus, tradita & concessa approbare, ratificare, innouare & cõfirmare gratiosius dignaremur. Nos igitur pro deuotionis effectu præmoti, ad honorem omnipotentis Dei per quem Reges regnant, eiusque genitricis virginis Mariæ reuerentiam, & sanctorum Patronorum nostrorum gloriam, ac in progenitorum quorum inclyta ibidem corpora requiescunt, & nostræ animarum remedium salutare dictorum Præpositi, Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Pragen. supplicationibus benigne inclynati. Ipsis & eorum successoribus, & eidem Ecclesiæ Pragensis. Non per errorẽ aut inprouide, sed animo deliberato sanoq; principum Baronum & procerum nostrorũ fideliũ accedẽte cõsilio & de certa nostra scientia, de Imperalis & regalis plenitudine potestatis pdicta vniuersa & singula eorũ priuilegia literas gratias libertates immunitates, cõcessiones, iura, feuda, bona, possessiones, prędia & cõsuetudines, ipsis in capite & in mẽbris à primęua ipsius Ecclesiæ fundatione, vsq; in psentiarũ à fœlicis recordationis Diuis inclytis pdecessorib. & progenitorib. nostris Regib. & Ducib. Boemiæ data & concessas, ac datas & cõcessa, aut quouis alio titulo emptionis, donationis. cõcessionis, permutationis aut quę ex legatis & testamentis obtinuerunt, & habere noscũtur. Et signãter à diuæ memoriæ pręfatis serenissimis principibus Ottakaro Duce ac Ioanne Rege Boemiæ, nec non Karolo Imperatore & Rege Wenceslao, ipsis Canonicis & eorũ pdecessorib. & Ecclesiæ prædictę super eorũ donationibus, concessionibus, iurib. & gratiis, tradita & largita, in omnib. suis punctis sententiis, clausulis, articulis, verborum expressionib. prout scripta seu scriptæ sunt approbauimus, ratificauimus, innouauimus & confirmauimus gratiose. ac tenore præsentium approbamus, ratificamus, innouamus & benignius confirmamus. Decernentes expresse & volẽtes, ea omnia & singula obtinere perpetuo roboris firmitatem, ac si tenores omnium & singulorũ de verbo ad verbũ præsentib. forẽt inserti. Supplentes nihilominus oẽs defectus, si qui obscuritate verborum sententiarũ aut solemnitatis obmissæ comperti fuerint quomodolibet in præmissis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innouationis, confirmationis & decreti, & suppletionis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit nostram & Imperii sacri ac Regni nostri Boemiæ indignationem grauissimã ac pœnam in præfatę Ecclesię Prag. literis & priuilegiis expressam, nec non pœnã Ducentarũ Marcarũ auri puri se nouerit totiens quotiens contrafactum fuerit irremissibiliter incursurũ. Quarum medietatẽ Ærario nostro Regali. Reliquam vero partem prædictorũ Canonicorum & Ecclesiæ iniuriam passorum vsibus decernimus appplicãdam. Præsentium sub nostræ Maiestatis Sigillo testimonio literarum. Datum Pragæ Anno Domini M.CCCC.XXXVII. die quindecima mensis Iunii, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ, &c. quinquagesimo primo, Romanorum vicesimo septimo. Boemiæ decimo septimo, Imperii vero quinto.

Ad Mandatum Domini Imperatoris Petrus Kalde Præpositus Northusensis.

Confirmatio Regis Wladislai omnium priuilegiorum Ecclesiæ Pragensis.

WLADISLAVS Dei gratia Boemię Rex, Morauiæ Marchio Lucemburgensis & Silesię Dux, ac Lusatię Marchio &c. Ad ppetuã rei memoriã bene cõducit Regiæ nostrę celsitudini almã Metropolim regni nostri seu sedẽ Archipræsulis & Ecclesiarũ matrẽ Prag. Ecclesiã in tantũ dignis honorib. præuenire in quãtũ peculiarib. summorũ

Roma-

Romanorum Pontificum gratiis ac Diuorum antecessorum nostrorum priuilegiis bonis quoq; & possessionib. erat plurimũ referta & quidẽ optime merito iure hoc ipsum eidẽ Pragensi Ecclesię obtigit, cum & miris & egregiis structuris insignisq; decoris ornamento splendidissima reddatur, & in ipsa B. Martyrũ & Patronorum nostri Regni Boemiæ S. Reliquiæ recõditæ à Christi fidelibus pro indulgentiis singularibus consequendis, cum summa veneratione deuote frequentantur, vbi & Diuinus cultus ac mysteria salutaria Deo & sanctis suis in dies à Clero offeruntur, cedit hoc ad laudẽ Dei omnipotentis ad gloriã Ecclesiæ sanctę ac ad Regni nostri honorem immortalem. Hoc nos integro animo, animaduertentes dictã Ecclesiã Prag. instar olim serenissimorũ antecessorum nostrorũ Boemię Regu, qui ipsam & fundauerunt & dotauerunt, mirum in modũ diligimus. Cumq; in eadẽ Dyadema Regum & Regni nostri sceptrũ Deo fauente susceperimus, sibi & Clero eiusdẽ in tantum afficimur, quod priuilegiorum libertatũ & gratiarum ipsorum conseruationẽ & firmitati, non modo prospicere, quantũ eadem augere libenter intendimus, vt eiusdẽ Ecclesiæ Ministri gratiam nostrã Regiam sentientes, pro nostra aliorumue fidelium salute, Deum omnipotentem attentius deprecẽtur. Sane itaq; pro parte Honorabilium Decani Capituli & totius Cleri, iam dictæ Ecclesiæ Pragensis Metropolitanæ deuotorum nostrorum dilectorum est nobis humiliter supplicatũ, quatenus de benignitate Regia omnes & singulas literas, gratias, libertates, immunitates, donationes, concessiones, prerogatiuas laudabiles cõsuetudines, statuta, bona & possessiones priuilegiaq; indulta & iura, vniuersa quas & quæ olim serenissimi Romanorum & Boemiæ Reges ac illustres Principes antecessores nostri eidẽ Ecclesię & Clero ipsius dederunt & contulerunt ipsis approbare, ratificare, innouarẽ & confirmare dignaremur. Nos itaq; præfatæ Ecclesiæ cõmodis & vtilitatibus fauentes, vt exinde diuinę laudis in eadẽ magis magisq; vigeat, incrementum votis prædictis gratiose annuimus. Et non per errorem aut improuide, sed animo deliberato sano procerũ aliorumue nostrorũ fidelium accedente consilio, de certa nostra scientia auctoritate Regia omnes p̃dictas literas, gratias, libertates, immunitates, donationes, concessiones, prærogatiuas laudabiles consuetudines, statuta, bona & possessiones, priuilegia quoq; indulta & iura vniuersa olim à Serenissimis Romanorum & Boemiæ Regibus ac illustribus Principibus prædecessoribus nostris nominatæ Pragensis Ecclesiæ Prælatis Canonicis & toti Clero eiusdem datas & concessas, data & concessa approbamus ratificamus, innouamus & gratiosius confirmamus in omnibus punctis, clausulis, articulis & sententiis suis taliter omnino, ac si omnia huiusmodi priuilegia omniumue tenores præsentib. literis nostris expresse per totum & de verbo ad verbum insererentur. Decernentes singula huiusmodi priuilegia cum omnib. generaliter in eisdẽ contentis obtinere, debere perpetuæ inuiolabilis roboris firmitatẽ. Supplentes etiã de Regię potestatis plenitudine omnem defectum, qui his literis nostris quocunq; modo de consuetudine de facto vel de iure obsistere possit. Et vt præfata Ecclesia Metropolis quoq; Pragensis ampliori dono nostro Regio consoletur. Hanc gratiã nostram specialẽ quã idem tidẽ à diuis antecessorib. nostris obtinere noscuntur. Et vt præfata Ecclesia eidem & Clero ipsius damus concedimus & conferimus gratiose. Videlicet vt bona & possessiones prædictæ Ecclesiæ Prælatorum, Canonicorum, totiusq; Cleri eiusdem per nos aut successores nostros Boemiæ Reges non debeant deinceps inscribi, pignorari, obligari, aut cuipiam ad longum breueue locari. Quod si secus per inaduertẽtiam importunitatẽ, petentium per obliuionem aut quocunq; casu alio contingeret, illud ex nunc prout ex nunc, & ex tunc, prout ex nunc, eadẽ authoritate Regia anulamus, cassamus, destruimus, irritamus, & pœnitus nullius roboris seu firmitatis esse decernimus perpetuis temporibus in futurum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostrę cõfirmationis, approbationis, concessionis & donationis, quouis modo infringere, aut ei ausu temerario quomodolibet cõtraire, sub pœna indignationis nostræ nostrorũue successorum, ac sub pœna in priuilegiis dictæ Ecclesiæ Pragensis expresse contenta. Quas pœnas contra facientes se nouerint irremissibiliter incursuros. In quorum fidem has nostras literas fieri, & sigilli nostri Regalis appensione iussimus cõmuniri. Datum Pragæ die vigesima quarta Mensis Nouembris. Anno Domini M. CCCC. LXXII. Regni nostri Anno secundo.

Ad relationem Domini Wilhelmi de Rirmberg & in Rabii supremi Camerarii Regni Boemiæ, Magister Nicolaus de Ledecz Canonicus Wissegradensis.

LIBER VII.

DE REBVS GESTIS SVB LVDOVICO REGE PIISSIMO.

ADIECIMVS *pro libro ſeptimo acta ſub Ludouico Rege piiſsimo, incerti quidem authoris, prout ipſius oſtendit præfatio, eo quod nunquam in lucem prodierunt, inſtituto noſtro non parum ſeruiunt, & iucunda lectu cognituque hiſtoria Bohæmiæ amatoribus fore non dubitamus.*

INCIPIVNT LIBRI, DE CASIBVS ET SEDITIOnibus in communitate Pragenſi, vnacum certis additamentis, quæ acciderunt annis elapſis regnante ſereniſſimo Principe & Domino, D. Ludouico Rege Hungariæ. D. Clemenſis.

PRÆFATIO.



CVM omnia à DEO creata, tempore certo proueniant, & paulo poſt tempore pereant ſimiliter & memoria hominum labilis & infirma ſit, ita res actæ breui tempore in obliuionem cadant. Neceſſe ergo eſt vt ob futuram & perpetuam rerum memoriam, res geſtas literis, poſteritati tradere, ita vt legentes illas in memoriā ſibi reuocent. Licet inter cætera præclara in hoc libro ſatis ridicula & Scurrilia notata inueniantur quæ magis opprobrio quibuſdam Pragenſibus quam laudi & honeſtati duci poſſint. Tamen cum non erubeſcat homo nequam ſcelus cōmittere, cur verecundetur turpitudinem eius reticere. Scribo enim, non fictas fabulas, adulationes, ſomnia aut reculas ſed res à me viſas, auditas, vel ab hominibus fide dignis relatas, quibus nihil incerti admiſcere volui. In primis ſcire conuenit quæ fuerint cauſæ, incitamenta Tumultuum Pragenſium, fraudes, elatio, Præſumptio, inuidia, cupiditas regendi, & vindictæ, vana gloria & ſimultates, quæ vitia nonnullos ciuium poſſederunt, & in cordibus eorum altas radices egerunt.

Cum Ludouicus Rex, Magiſtro Ioanni Paſsconi officium Iudicis aulæ tradidit, aſt paulo poſt adempto ſibi illo officio, imo & conſulis primarii, honore exutum; quo fungebatur, illis dignitatibus ambobus Dominum Iohannem Hlaroſam condecorauit, hæc cauſa, odii ſeminarium primum fuit.

Secunda cauſa, quod poſt diſceſſum Regis è Regno, ſub regimine vrbis, aliqui Parochi vt be proſcripti fuerint.

Tertia erat ob comitia à Statibus ſub vtraq; circa feſtum Purificationis. Beatiſſimæ virginis Mariæ in collegio Carolino celebrata.

Quarta ob conciones acres & importunas aliquorum Sacerdotum ambitioſorū.

Quinta ob garrulorum temeritatē contra S. Sacramenta, & ritū Eccleſiaſticum.

Sexta propter Martinum Parochum in Templo dicto Bethlehem, & propter Mag. Gallum Czaheum Adminiſtratorem & plebem.

Ex quibus principalibus cauſis aliæ multæ pullularunt. Non minus inter ſtatus ſuperiores Baronum & Equeſtrium, ſub prætextu Religionis Diſſidium exortum eſt.

Primò, Barones in coronatione Reginæ Mariæ, de geſtatione armorum Regalium, Sceptri nempè, Pomi aurei, & Enſis conuenite nequiuerunt.

Secundò. Cum ſtatus Regni Boemiæ à D. Zdencone Leone ſupremo Pragenſi Burgrauio rationem expenſuum ob debita Regis, repoſcerent.

Tertiò, Cum Rex Ludouicus, tribus ſupremis officialibus Regni, officia ademit, & ſic inter exautoratos, ſuſpiciones occultas ſparſit.

Quibus ex cauſis aliæ oriebantur, quæ conſulto omittere mihi viſum eſt, quandoqui-

siquidem Deo sic disponente ad effectum non peruenerunt. Quod imminens malum aliqui, ex statibus metuentes Pragensibus se committere timebant, aut comitia ibi celebrare renuebant, donec post mortem Regis Ludouici animi Statuum compositi & vniti sint. Cuius mali authores fuerunt Stanislaus Episcopus Olomucensis & Secretarius Ziabka, qui nomine Regis odiosas epistolas statibus Reg. Boem. mittitabant, hocq; modo animos vnitos per odia separarunt, quæ omnia per familiarem conuersationem componi potuissent, si non fastus & inuidia præpedissent, & vbi mutuas iniurias vnus in alium vlcisci iure Regni nō valebant, religionis zelū prætendebant. Pragenses impetrantes à Rege quodam indultum, (si tamen Rege conscio impetrarint) inter se vim exercebant, iniuriis afficiebant, & hoc sub specie tuendæ religionis. Volo tamen in hoc libro nomine Pragensium primarios saltem intelligi, videlicet, Magist. Ioannē Pasikouem, Zigismundum Lanionem dictum Wankowicz, Thomam Zachlubilum Fabrum ferrarium, Ioannem Karban, Fabrum Stannarium, vel Stannifusorem: Similiter & M Gallum Administratorem, cum quibus quidam ex Clero suæ factionis, hi fuerunt præcipui tumultuum authores, excipio autem totam ferè cōmunitatem, & aliquos ex consulibus, licet tota cōmunitas tandem sententiæ supra scriptis afferint, id tamen metu non proprio motu cōpulsi sunt facere, inter quos multi præclari, ingenui, industriiq; viri inueniebantur, nihilominus Nicodemitæ facti cum his lupis vlulare, timore, tormentorum, amissione bonorum, proscriptionis, exilii, &c. coacti sunt, inter illos erant multi insensati, atroces, sæui, furibundi, qui omnia funditus euertere conabantur, quibus tamen vitio vertendum non iudicio, talis enim plebs similis est belluæ, quę quo ab insidente dirigitur, eo stimulata properat, sic & hęc vulgi colluuies, ad nutum, & placitum præfatorum authorum, quoduis nefas perpetrare non abhorruerunt. Vale.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

NVLLVS hominum in orbe terrarum tam tenacis memoriæ inuenitur, qui omnia visa, audita, lecta aut experta animo complecti posset, qui alterius opera non indigeat, cum & ego homo memoriæ labilis sim, qui licet plurimis rebus hic a me conscriptis, (vt vnus ex ciuibus Pragensibus) interfuerim, non tamen vbiq; locorum adesse potui, ex collatione virorum veracium reliqua addidi & opus hoc in quatuor distinctos libros disposui & digessi.

In primo libro inuenies, qualiter Wladislaus pro Rege Bohęmiæ susceptus sit, quidq; illo regnante cōtigerit. Et de filio eius Ludouico Rege, qualiter multi innocētes Pragæ oppressiones & tortoras sustinuerunt & hoc quidem a brachio seculari.

In secundo libro agetur, de iniuriis, & crudelitate inimicorum Pragæ, a brachio tam seculari quam spirituali.

In tertio libro memoro, qualiter tandem Regi & suis consiliariis, technæ Pragensium innotuerint, quos literis a proposito malo retrahere studuit, quomodo tandem diem obierit.

In quarto libro dicetur, de electione Ferdinandi Archiducis Austriæ, in Regem Boemiæ, & quid actum intra & extra Regnum fuerit, quem que finem tandem tumultus Pragensium sortitus sit.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

POST obitum Regis Georgi Anno Domini 1471, in festo Assumptionis gloriosiss. virg. Mariæ, serenis. Princeps Wladislaus, Casimiri quondam Regis Poloniæ filius ætatis 18. annorum Pragā venit, vbi a ordinibus Regni honorificentis. in Regem susceptus, & exiguo temporis interuallo, coronatus est. Quem lues pestifera sequuta, quæ per vniuersum Regnum grassata, maxime vero Pragæ in Autumno anno 1481. inualuit, nec validior experta vsq; ad annum 1530. Necdum recte plaga hæc Diuina cessauit, & ecce tumultus iam violenter oritur, anno 1483. feria 4. ante festum S. Venceslai, ciues vnus alium vi aggreditur, in absentia tamen Regis, diripiuntur bona, in vincula cōiiciuntur, torturæ exercentur, ad supplicia varia rapiuntur, interim pestis cessauit. Rexit autem Wladislaus regnum suis moderate ad mortem vsq; Regis Hungariæ Matthiæ, qui in Hungaria mortem obiit anno 1490, ante ipsa festa paschalia. Eodem mox anno, circa festum S. Ioannis Bapt. Wladislaus Rex in regem Hungar. electus, Hungariam proficiscitur, regno potitur Diademate decoratur.

Ille Matthias staturæ exiguæ quidem erat, animi magnitudine, audacia viribus potens consiliis & astuia alios præpollebat, hic viuente Wladislao Rege multa contra se machinabatur, quem solio deiicere, & regnum sibi obtinere conatus est, cepit ergo aliquorum animos in fauorem sui sollicitare, ita vt & cum Ignatio Principe, & olim Regis Georgii filio, cumque multis Baronibus, & Equestris ordinis viris, familiaritatem amicitiamque sibi compararerit. Qui Matthiæ Regi fauentes, aditum, & viam in regnum, venienti cum copiis valuis aperuerunt, sed Deo præpediente, iamiam perrecturus, subito morbo graui correptus fato cessit, exercitus dispergitur, sic omnes conatus eius cessarunt. Nec tamen hæc Regem Wladislaum cæterosque proceres Regni latere poterant, qui vt sibi a viuente Matthia timebat, ita illo occumbente in proditores animum aduertit, captos, examinare iussit, anno 1490. supplicio affecit, inter quos Alexander Podiuinsky Equestris ordinis in Pohoizclec, in quatuor partes diuiditur, post duo ex ciuibus Pragensibus, Procopius, Sartor cum Syluestro Pollentario in foro antiquæ Pragæ gladio percussi sunt, hæc merces proditionis & præmium amicitiæ scilicet.

CAPVT II.

WLADISLAVS gubernacula vtriusque Regni tenens duxit in vxorem Annam Regis Franciæ filiam, ex qua procreauit filiam nomine Annam, anno 1503. quæ post Archiduci Ferdinando, Philippi Regis Hispaniarum filio coniugali fœdere iuncta est. Peperit autem Anna Wladislao & filium cui nomen Ludouici in S. Baptismo datum, anno 1506. circa festum visitationis B. V. M. post viribus destituta morbo inualescente, sine coronatione vitam cum morte commutauit. Hungari Ludouico Puerulo coronam imponunt. An. 1509. circa tempus carnispriuii, tertio idq; iam vltimo Pragam ingreditur, vna cum liberis Dominica Oculi filiolo Ludouico degenti annos 3. septimanas 10. Diadema R. B. similiter applicatur.

Eodem anno in festo Ascensionis Christi, cum in Ecclesia D. Thomæ Apostoli Fratres imaginem Saluatoris, vt moris est sursum traherent, tanto spectaculo multitudo hominum confluxit, plus ludibrii quam deuotionis gratia, tunc chorus multitudine tanta refertus, molem illam sustinere ob vetustatem non valens, corruit, vbi multi attriti, compressi, & confracti animam efflarunt. Sequenti die Dominico oritur, certamen inter plebem minoris Pragæ & famulos Hungarorum, ob choreas concitatum, & Andreas Parochus, D. Nicolai populum, referens, quod inter concionandum post preces vespertinas, aliquis ex Hungaris bombardam in fenestram Templi explodere, tunc mox clamor oriebatur, Hungari cædunt Boemos, omnes arma arripiunt, campanæ vndique, erant & Domini Hungari in hospitiis suis hoc concursu perterriti, ignari causæ, egrediuntur, cupientes famulos suos ab internecione eripere, sed proh dolor, a ciuibus miserrime cæduntur, Spoliantur vestibus preciosis, exuuntur, clenodiis & pecuniis vitaque simul turpiter priuantur, campana pulsatur, contigit & ipsi Regi hoc spectaculum propriis oculis ex Arce intueri, quem vnus ex ciuibus cognomine Crateczka conspiciens, temerarie bombardam eo dirigens explosit, nullius respectus habebatur. Rex ob hæc vehementer indignatione succensus, conuocat consilium, capiuntur authores sceleris, tum cruciantur aliqui, aliqui capite truncantur, partim in partes dissecti hinc inde portis affiguntur, inter quos erat vnus ex senatu minoris Pragæ Matthæus Lanio dictus, qui pelle exutus supplicio affectus est, aliqui proscripti, alii longo tempore in carceribus, fame, fœtore, siti, squaloribus macerati, dimittuntur, at qui sibi male conscii fuerant, hæc metuentes, tempestiue se alio contulerunt, pacatis his tandem Pragam rursus irrepserunt.

Rex Wladislaus eodem anno cum prole sua rursus Hungariam petit.

Anno 1515. circa festum S. Mariæ Magdalenæ, conuentus magnus factus est Viennæ aderant autem Imperator Maximilianus I. Sigismundus Rex Poloniæ, Wladislaus Hungariæ & Boemiæ Rex vna cum liberis, tractantes de concordia & pace inter se & suos subditos, aderat & Anna Wladislai Regis filia, similiter & Ludouicus Wladislai filius qui ibidem nuptias celebrarunt vt antea diximus, Anno coronatur.

Wladislaus in Hungariam reuersus, viam vniuersæ carnis ingressus est, Budæ anno 1516. feria v. post Iudica. Rexit regnum Boemium 44. annos, mensem vnum, vsl 44 annis, menses 2. Hungar. 25 annis, menses [illegible]

CAPVT

CAPVT III.

POST obitum regis Wladislai, antequam filius & Heres regni regimen ob teneram ætatem adeptus sit, factum est 1518. feria 2. die S. Fœlicis & Adaucti, congregati sunt ciues antiquæ & nouæ vrbis in collegium Carolinum, ibi combinati hæc inter se statuerunt & confirmarunt sub graui mulcta & pœna.

I. Vt omnibus Priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, donationibus, prouentibus, vectigalibus, cõtributionibus, censibus, &c. aliis omnibus, quibus antea quælibet ciuitas pro se gaudebat, a modo æqualiter frueretur.

II. Iudicia similiter non diuisa, sed in vna idque antiqua curia, ab vno Senatu celebrentur, nec posthac duæ diuisæ sed vna vrbs nominetur, his fœliciter (vt autumabant) corroboratis, procedunt in templum B. V. Mariæ ante lætam curiam, cantantes Te Deum laudamus, pulsant campanas, Regiam iam se dignitatem assequuturos existimant, suis viribus confidentes.

Anno Domini 1522. feria 6. post Oculi. Ludouicus Hungariæ & Boemiæ Rex, pro occupanda sede seu solio hereditario, vna cum coniuge sua Maria, Philippi Regis filia, Archiducis Austriæ Ferdinandi sorore, quæ iam ab Hungaris corona ornata erat, iter instituerat, vt & Boemica corona eodẽ iure condecoraretur, quibus Proceres Regni Boem. obuiam ad confinia regni Iglauiam profecti, honorificentiss. * susceptum, Pragam comitati sunt. *exceptum*

Feria 6, post S. Stanislai in Ecclesia Pragen. iuramentum fecit, anno ætatis 15. mens. 9. possedit autem aliquos Barones & Equites inuidiosa auaritia, qui arces aliaq; bona Regis & ditiones occupabant, qui illa Regi cedere nolebant, tractum est & de coronatione Reginæ, orta est iterum lis inter Barones & Equestres de gestatione ante Regem & Reginam sceptri, pomi aurei, & ensis, Barones enim hæc omnia, sibi gerenda contendebant, vbi & Equites honoris detracti cedere renuebãt, hanc concertationem Rex facilime diremit, tradito ense D. Georgio Principi, sibi imposita corona, accepto ipse sceptro & pomo, vna cum Regina ad Ecclesiam Pragensem progreditur, facta est hæc coronatio, Dominica post Ascensionis ordines duo superiores, conspirant contra ciuilem, eumque omnino, destruere & tollere nituntur, ille verò fretus Regia protectione, libertates & iura tuetur.

CAPVT IV.

OMNES tres ordines Regni exigunt rationem à D. Leone ex debitis Regiis, quorum summa erat tercentena millia, hoc illi non olebat, renuit, quærit excusationes, ordines vrgent, instant, Rex dilationem dat; Erat his temporibus quidam ciuis Pragensis Pannifex pauper Kostraun appellatus delirans, is intermiscuit se comitiis in Arce Pragensi habitis, publice hæc verba protulit: Tempore Regis Georgii Iudęi Pragę Leonem & Leęnam alere poterant, nunc vero tota Boemia vnũ Leonem saturare nequit, qui postquam hæc dixisset, à quibusdam abductus pugnis ad internecionem exceptus, qui post non multos dies animam efflauit.

Anno 1253. in festo S. Priscæ, die Dominico Rex & Regina a Pragensibus prandio excipiuntur, in curia antiqua, ad vesperam exercent Hastiludia in foro; noctu rursum ad arcem comitatur. Baronibus & Equitibus hæc familiaritas regis non placebat, in festo S. Agathæ Rex comitia indicit ibi omnia officia tam * magna quam * parua ab officialibus regni tollit, tabulas regni sigillo signare iubet, regem actu se esse demonstrat. Eodem anno feria 5. ante S. Vencesl. rursus Ordines ad Comitia citat, officia aliis distribuit, iuramenta faciunt. Carolus nepos olim Regis Georgii constituitur Gubernator & Vicerex Boem. licet Leo esset contrarius, tamen vsque ad electionem Archiducis Ferdinandi pro Rege Boem. durauit. *superiora* *inferiora*

CAPVT V.

HIS finitis Rex vlterius procedit, Pragæ Senatum renouat, Protoconsuli Magistro Ioanni officium Iudicis aulæ quo exiguo tempore fungebatur, aufert & consulis dignitatem quoque, dat illa ambo officia D. Ioanni Hlawsa a Liboslaw ciui Pragensi, hęc renouatio facta est in curia antiquæ Pragæ per Regem ipsum, hac ratione combinati-

onem duarum ciuitatum quasi confirmaret, quod ordinibus valde displicuit. Habebant Pragenses à Rege Vladislao hoc indultum, quod per se ipsos Senatum innouare poterant, at quia in se ipsos & conciues suos sæuiebant, hac * potestate priuati sunt. Factum est & hoc memoria dignum; cum Rex primo Pragam ingreditur, & jam in ponte esset, tunc ecce vnus ex ciuibus Pragensibus Matthias Kakas dictus Epiphiatus, ascitis sibi aliis tribus sociis, fictis ligneis equis more puerorum saltando & luxuriando Regi obuiam veniunt, & in conspectu eius in Muldauiam se præcipitant, aqua suffocantur, hic exitus tam petulantis stultitiæ.

*libertate

Erant duo Primarii ciues M. Ioannes, Pasca, à Wrath, & M. Ioannes Hlawsa hic mitis, mansuetus, ille atrox, furibundus, hi regebant omnia, itaque plebs bipartita, pars vna huic, altera illi adhæret ita vt alia Pasconis, alia Hlawsonis nuncupata est; Similiter & in spiritualibus erat sectio. nam aliqui Administratorem sequebantur, alii D. Martinum Parochum in Bethlehem, ita ut post discessum Regis aliqui parochi in curiam conuocati, ex vrbe proscribuntur, in exilium mittuntur.

CAPVT VI.

CVM murmur in populo de die in diem inualesceret, & odium magis ac ma[…] glisceret, ob tollendum hoc malum, indicuntur comitiæ, quæ celebratæ sunt Statibus Regni anno 1524. 29. Januar. feria 6. ante Purificationis festum B. M. V. in quibus articuli sequentes accepti sunt.

1. Vt eligatur Administrator, & consistorium, qui præsit clero. & disciplinę, &c.

2. Ille Administrator debet vniuersum clerum Regni Boem. & Marchionatus Morauiæ conuocare, illos examinare, inutiles corrigere, incorrigibiles degradare, Decanos constituere, qui annuatim illos conuocent, visitent, &c.

3. Capellani prædicare antequam soli edocti fuerint, non præsumant, nec sine scitu Administratoris alio migrent.

4. Eodem modo & Parochi faciant, secus faciens puniatur.

5. Nullus ad ordines sacros, ascendere tentet, aut proficiscatur, nisi fuerit ab Administratore & Consistorio examinatus & approbatus, alias à nullo Parocho seu Domino suscipiatur.

6. Qualiter inobedientes & contumaces Sacerdotes, corrigendi, illegitimi verò amouendi, de hoc status Regni deliberabunt.

7. Conciones sint secundum genuinũ sensum sacrę Scripturę, amotis erroribus.

8. Quod attinet citationes Doctorum Ecclesiæ intermittendæ sunt, nisi consonæ sint verbo Dei. Quod & de concionibus Hussi, Rokizani & aliorum obseruandum est.

9. Qui volunt nudum Euangelium docere, possunt id facere at qui doctoribus sacris vti non sunt contemnendi, obseruandam mutuam charitatem.

10. Lectio sacræ Scripturæ omnibus admittitur.

11. Brachium seculare debet protegere concionatores probos, ob verbum Dei.

12. Nullus concionator inuehatur in alium verbis scommatibus, &c. sed si quid contra alium habet, adeat illum, aut Administratori significet, ille componat.

13. Baptismus rite & reuerenter administretur, nihil omittatur, nisi summa necessitas vrgeat, post Baptismum si infans vegetus est & parentes communicatum vellent, potest fieri sed cum deliberatione Sacerdotis.

14. Officiũ Missę debet celebrari, est enim beneficiorũ Dei & passionis memoria.

15. Hæc in missa obseruanda censentur, introitus. Dominicales: & Apostolorum B. M. V. Kyriæ. Gloria in excelsis, Epistolæ Gradualia, Alleluia. Prosæ, sed omnia intelligibiliter. Ornatum Ecclesiasticum approbamus, sed ne sit nimis sumptuosus, sine inani profusione pecuniarum.

16. Quandoquidem ob frequentem communionem & quotidianam celebrationem Sacramentum hoc vilescit, volumus ne quis sine conscientiæ discussione, & examine admittatur, votiuas missas seu conductitias & superstitiosas, reiicimus. Monstrantia vbi moris est exponatur.

17. Communio sub utraque obseruetur.

18. Cęremonias, consecrationes, imminutas sublatas volumus, sunt enim, erroneæ fomentum auaritiæ, scandala, superstitiones.

19. De aliis Sacramentis Administratori & Consistorio eius constituere licebit.

20. Festa & Solennitates obseruatas mandamus, dies Dominicus sine ludis, ebrietatibus, choreis obseruetur. Post dies Natalis Domini circumcisionis. Trium Regum, Purificationis B. M. V. Annuntiationis, Resurrectionis, Ascensionis, Spiritus S. Sanctæ Trinitatis Corporis Christi Assumptionis, B. M. V. Angelorum, Omnium Sanctorum, Festa Apostolorum, S. Ioannis Baptistæ, Mariæ Magdalenæ, S. Laurentii. M. IOANNIS HVSS, aliorumque Patronorum Boemicorum, &c. alia Festa diebus Dominicis populo recenseantur.

Hos articulos conscripsit Gallus Czahera Administrator, habebat & alios intolerabiles inter quos & de matrimonio clero admittendo vnus erat, at ab aliis Sacerdotibus reprobatus.

CAPVT VII.

POST discessum Regium communitas Pragensis innouat Senatum, Anno 1524. circa festum sancti Gregorii. Post circa festum D. Margarethæ celebrantur in arce Pragens. comitia à Rege indicta, commissarii à Rege missi erant: Stanislaus Episcopus Olomuc. D. Albertus à Bozkowicz. D. Duciferens Hungarus, Georgius Ziabka Secretarius, aderat & Legatus Regis Poloniæ, hi cum de rebus Regni tractare debuissent, de Religione tractare cæperunt, insimulantes plurimos ex Statibus tam Baronum quam ordin Equest. & ciuibus nomine Pikhartico, iniuriam facientes, hos omnes Regno proscribere, & pellere conabantur, citabant contractum ante Annos 16 factum, & tabulis regni insertum. Tractabant de crectione compactatuum, quæ à summo Pontifice confirmari cupiunt, prout iam Cardinalis apud Regem Budæ, per anni spatium negotium vrgebat. Dominus Leo qui antea libere Pragam venire per decennium non audebat, ob infensos sibi ciues & Principem Carolum, sed clam per flumen prope Holeissowicz Pragam irrepsit, iam vero amicitiam cum Carolo, & Pragens. sibi comparauit, Exautorati, quibus Rex officia ademit, memores iniuriæ, & dedecoris, quiescere nullomodo poterant, successores suos; quasi supplantatores eorum essent insimulabant, Zelum religionis prætendebant, patrocinio Episcopi Vacensi Strigoniensi, Olomucensi, nec non aliorum freti, aduersarios suos nomine Pikhartico constanter accusabant, habebant nihilominus & alios promotores, qui filiis suis officia siue Archiepiscopatum Pragens. aut similia se apud Regem obtinere posse, confidebant.

CAPVT VIII.

CIRCA hæc tempora, nouum dogma oritur ab Erasmo Roterodamo, qui Basileæ & Coloniæ, varias opiniones, non indocte sparsit, quem paulo post D. Martinus Luther sequitur qui in Saxonia Vitembergæ tempore Electoris Friderici, erexit caput, & contra Ecclesiam Romanam multa scripsit, hic Bohæmis, Morauis & Germanis multas Epistolas misit, & communionem sub utraque commendauit, Germanos Boemis fauorabiles fecit quod nec Bernhardus, nec Augustinus, nec Dominicus, nec Hieronimus, nec Bonauentura, nec Franciscus, nec Benedictus, neque Thomas vna cum omnibus Episcopis & Monachis præstare potuerunt. Emerserunt eo tempore in Boemia, Valdenses diebus veneris carnes comedebant, &c. Ab eo tempore, cessabant Pragæ, Processiones, Monstrantiæ non exponebantur, Sacerdotes noua dogmata effutiunt. Hinc variæ simultates, odia, rancores, vltimo tumultus quem Administrator concitauit, natus est.

CAPVT IX.

ERANT autem Pragæ bipartiti homines; Primi Catholici Romani, qui in externis cæremoniis præciosis, ornamentis, in organis & multisonis cantibus, opimis beneficiis, &c. religionem collocarant, Legem Dei ignorantes, &c. Alteri erant, quos Pikhartitas vocabant, omnem cultum Catholicorum Romanorum tanquam superstitiosum & impium ridebant.

CAPVT X.

ANNO 1524. circa festa Paschalia, erat processio cum venereb. Sacramento in ciuitate Kuttenbergensi, ibi vnus ex ciuibus dictus Matthias Malinsky Pellio in carcerē trusus, quod venerabili Sacramento debitum honorem exhibere contempsisset, quem cum ad rogum codemnassent, hanc Apologiam consulibus scriptam dedit. Credo firmiter vnam esse fidem sanctam incontaminaram doctrina hominum, sed quam nunc vicinis nationibus nunc iterum Deus reuelauit quam olim Apostoli docuerunt, interrogatus a D. Decano in prætorio, adoratio venerab. Sacramen. vtrum sit à Deo aut ab hominibus instituta, nihil certi respondere poterat, sed referebat se ad comitia in fest. Purif. B. V. Mariæ Pragæ celebrata, dilatum est in crastinum.

CAPVT XI.

ALTERA die in ædibus Parochialibus conuenerunt, aliqui alii Sacerdotes consul & alii Mag. Pragenses, vocatus est & ille Malinsky, qui licet cū magna caterua venisset, tamen tres saltem intromissi sunt. Interrogatus à D. Decano dicto Buchal vt respondeat, an adoratio venerab. Sacramen. à Deo an verò ab hominibus instituta? tantum quantum heri respondit, in communione genua flexisse, & tum non sedisse nec iacuisse, cupiebat audire articulos comitiarum: vt supra articulum XIV. & XVI. tandem liber abiit.

CAPVT XII.

EODEM anno & die Senatus Pragensis videntes manifestum instare tumultum ob discordiam Parochorum in religione, contulerunt mutua consilia, & conclusa, obseruanda sub graui mulcta publicarunt.

1. Quandoquidem animus humanus, in rebus dudum assuetis induratus, tam subito flecti non potest, nullus vi ad alia cogi debet, ita vt in comitiis conclusum est vt supra, &c.

2. Obseruatum est hoc, quod Sacerdotes articulum 16. suis Blasphemiis nimis deprauarunt, turpiter de venerabili Sacramento garrientes, his silentium imponitur.

3. Repetunt articulum Synodi 12. ne concionator in personam aliquam verbis inuehatur, nominando aliquem Pikhardum aut idololatram Hereticum, &c.

4. Catholici siquidem ex deuotione processiones celebrabant, illę adhuc obseruentur. Tamen antea à Sacerdote instrui debent quid illa significet, & qualiter procedere debeant, Nemo tamen cogi ad eam debet.

5. Cultui diuino hucusque retento nihil addi debet, nec immutari.

6. Consecratio venerab. Sacramen. debet vt antiquitus solebant consecrari, non versa facię, ad populum alta voce, sed in altari in silentio, quo tamen idiomate Sacerdoti placuerit, post eleuationem debet se uertere ad populum, & facere exhortationem.

7. Cantus in Ecclesia admittitur, siue Latine, aut alio intelligibili idiomate, prout Parocho, aut Diocesanis libuerit.

8. Inueniuntur in plebe nebulones qui varios rumores disseminant, si quis horum deprehensus fuerit, pœnas luat.

9. Antiquitus obseruatum est ab Administratoribus, quod omnes tractatulos vernaculos reuidebant, erroneos in Prætorium tulerunt, hoc adhuc obseruari debet.

10. Has ob causas Sanatus, vniuersos monent ac petunt, vt supra scriptos articulos, approbatos acceptare & obseruare non contemnant, qui secus fecerit vel fecerint, in eos Senatus vt par fuerit animaduertet. Nec Sacerdos delinquens pœnas euadet. Si correctus nondum emendauerit, proscribetur.

CAPVT XIII.

ANNO eodem feria tertia pentecostes, cum tota communitas in prætorio antiquę Pragæ congregata esset, miserunt literas consulibus infra scripti falsi Prophetæ. Martinus Parochus in Bethlehē, Georgius Ssamal ad S. Henricū, Venceslaus Kizizek,

& nonnulli alii, in quibus multum de iniuriis illatis conqueruntur, quasi ob errores illis imputatos Praga pulsi essent cum tamen saltem contra Antichristum, & captiuitatem Ecclesię, docuissent & scripsissent, & hoc quidē ob tuendam gloriam Dei, seruandam inuiolatā pacem totius cōmunitatis & bonæ conscientiæ. Et q. pragenses articulis admiscuerint obseruandos ritus Ecclesiasticos, erroneos superstitiosos, antiquitus inductos, contra legem Diuinam & Euangelii, ab hominibus fictos, quos iam aliquantisper aboleuerunt, Quod & manifeste & libere docuerint, Christum personaliter ad dexteram patris residere, & non in hostia, conqueruntur quod à Catholicis magnas iniurias passi sint, & siquidem omnium fere ordinum fratribus, loca destinata sint, imò & Iudæis liberum exercitium religionis admissum sit, illis vero non imò ex parochiis pellantur, capillis trahantur lapidibus petantur, ludibriis & opprobriis afficiantur, quę omnia quidem patienter tollerare potuissent, communi tamen paci consulere volentes, discessum parauerunt, cum hæc omnia antea Senatui conquesti sint, nullam tamen protectionem sentire potuerint.

CAPVT XIV.

HÆc illorum Epistola publice quidem lecta est, ast responsum nullum acceperūt, solebat ille Parochus Martinus communicantes prius examinare, examinatorum nomina vtriusq; sexus cuiuslibet conditionis & ætatis annotare, hoc in moderna congregatione maxime exaggerabant, quod ille ea intentione faceret, vt aliquando collecta manu, prætoriū impetuose ingrediendo, offensos sibi consules per fenestras præcipitaret, hinc Catholici Romani illis non fidebant, & è contra, rumores in plebe diuersi, vnus ita, alius aliter, &c. garriebat. Conuenit etiam magna multitudo in foro ad videndum spectaculum, qualiter consules ex fenestris eiicientur, sed nugæ erant.

CAPVT XV.

ACcidit eodem anno feria 2. ante festum S. Laurentii vesperi cum pro pace pulsaretur consule M. Briccio, venit vnus ciuium in ædes consulis, cum accessum ad ipsum consulem habere non potuisset, ministris significauit, qualiter cum ex vinea domum rediret, in minori Praga armatos conspexisset, timendum, ne & hic similiter fiat Hæc cum à ministris consul percepisset, reuocauit illum ciuem dictum Georgius Kulissek, qui vt antea quod vidit affirmabat, hæc audiens consul, quod dudum ab aliquibus consulibus & senioribus audiuerat, quod, cum ibi aliquid inchoatum fuerit, verendum est ne & apud nos similiter fiat, ignarus consilii, M. Pasconē procul à se habitantem, pedibus tum laborantem, licet primariū grauare nollens, vocat, Nicolaum Sporsinum, post & vtrumq; iudicem tam antiquæ quam nouæ Pragæ, quibus aliqua exequenda mandant. Interim Magister Vencesilaus Albus, vice Scriba Regni & D. Ioannes à Tabulis Regni missi à supremo Scriba Regni missi veniunt, idem loquuntur. Citantur consules in curiam, ineunt consilium, expediunt iudicem speculandum in Minorem Pragam, qui reuersus, eos metu liberauit, nihil horum timēdum, fuisse quidem aliquid inter mechanicos sed ab iudice illius ciuitatis compositum esse, hæc audientes cum lætitia ad propria quilibet abiit.

CAPVT XVI.

SEquenti die quæ erat vigilia S. Laurentii hora 13. Apparuerunt aliqui ex Diœcesi B. V. M. ante lætam curiam, nec non ex aliis in prætorio in magna frequentia insimulantes duos ex conciuibus nempe Ioannem Lucernam & Matthiam cognomine Cardinalem, per procuratorem dictum opice, & quidem in his. Primo causa Iudęorū. Secundo ob Sacerdotum tumultuantium conciones, quos eiectos volunt. Tertio asserebant apud S. Michaëlem in Opparouic rusticum quendam munus concionatoris obire. Quarto dicebant se percepisse, quod heri vesperi in curia magnus cōuentus hominum fuerit, sine scitu horum, quod vtrum verum sit scire cupiunt. Accusati dilationem petunt. Iubentur paulum recedere, tum vnus ex iudicibus Zika Lanio accusationem factam palam attestatur, & se eiusdem diœcesis esse dicit, egreditur, parti suæ se adiungit cum accusatoribus multa tractando, animos illorum solicitat, vt illi, quic-

quid ille locutus foret, annuerent, qui dolum eius non olfacientes, annunt, fidem dantes. Reuocati rurſus intrant. Tum Zika iubet adeſſe Doctorem Burianum Cancellarium Pragenſem, adeſt, tunc interrogat Zika vtrum ad obiecta quid reſpondere velint? M. Ioan. Paſca nomine accuſatorum: quandoquidem ſecundum ius dilationem petunt, denegare illis non licet, ideo ad diem tertiam differunt præſertim ob exiguum numerum conſulum, hoc tamen volunt, ne poſt in tanta multitudine appareant. Quod attinet conuentum in Prætorio veſperi factum, hoc dicit Magiſter ciuium: Quod heri veſperi à duobus ciuibus informatus, qualiter in minori Praga, quidam arma induerent tumultum concitaturi, idem & D. Magiſter Venceslaus vice Scriba, & D. Ioannes à Tabulis Regni, cautionem facientes dicebant. Hac de cauſa collegiſſe conſilium, vt & ſibi in tanto periculo prouiderent.

CAPVT XVII.

ZIKA hoc reſponſo acquieſcere noluit, ſed nomine & authoritate Regis, Cancellarium primò, mox Magiſtrum ciuium, Danielem Rauſſium, Eraſimum, Blaſium, tandem M. Danielem, officiis priuatos in carcerem trudit.

CAPVT XVIII.

HOc facto plebs excitata, meridie arma ſumit repletur forum & Prætorium, ſæuit furor, multi tanquam mente capti diſcurrunt, qui tamen inter illos amici aut inimici ſint ignorant ſic Dei præiudicio factum eſt, quod ſine vulneribus, pacificè arma depoſuerint.

CAPVT XIX.

PRAGENSES omnes ſtatus Regni fictis ac falſis informationibus præoccupant, imò & ipſum Regem, ſcribendo accuſant hos inſontes captiuos, facinoris reos faciunt, & hoc quidem nomine totius communitatis, quod falſum erat. Tum demum communitati literas prælegunt, cum nuntios hinc inde per ciuitates & arces, ablegaſſent.

CAPVT XX.

DICIT conſules habere aliquid plus aliis ciuium authoritatis & fidei ob iuramentum præſtitum, illiſque magis eſt credendum, maximè vero cum ſcripta ſua ſigillo ciuitatis muniunt, ſed contra ius eſt cum ipſi & pars, & teſtes ſimul & iudices contra conciues eſſe præſumunt, prout hic factum eſt.

Feria 4. in feſto Sancti Laurentii Senatus Parochos aliquos in curiam citant, videlicet ex Bethlehem S. Galli, S. Michaelis, ex opatouicz, & Ioannem Morſſii quondam Monachum, hos omnes ante occaſum ſolis vrbe proſcribunt, poſt feria 6. alium ex Monaſterio D. Thomæ in minori Praga Ordin. D. Auguſt. profugum incarceratum expellunt, qui miro modo plebem ad communionem ſubutraque ſpecie hortatus eſt contra Pontificem Romanum. Dicit etiam (author) D. Bernhardum ſcripſiſſe multorum hominum Canonizatorum animas in inferno eſſe, quorum reliquias hic in mundo veneramur.

CAPVT XXI.

PRAGENSES quomodo incarceratos teſtibus conuincere poſſint ignari, duos ciues ſuos in curiam citant Ioannem Bonuſſium & Matthiam, tortura ab illis teſtimonium exigunt, nihil tamen reſcire poſſunt. Hoc tamen ante torturam & poſt Matthiâs referebat: Qualiter Paſſek ſecum egiſſet in ædibus, promittendo 200. ſſs, vt contra Hlawſam & alios quoſdam falſum teſtimonium daret, de tumultu, & internecione ciuium, ſed nolebat. His nondum contenti cœperunt alios duos vinitores aliquando Sforſſi, diligenter verbis & tormentis inquirebant, cum nihil elicere poſſent, dimiſerunt. Cum autem nullum contra veritatem teſtem inuenirent, captiuos mittunt, vrbe tamen eiiciunt, ac ſi per illorum interceſſionē vita donati eſſent. Tunc Adminiſtratori & Clero facultas inuehendi contra Pikhardos datur, inuentus eſt apud quendam fabrum cultrarium tractatus impreſſus de communione ſubutraq; qui captus virgis cæditur, author verò & impreſſor impunes abeunt.

CAPVT

CAPVT XXII.

PAVLO post idem & Sutori fecerunt quem & Stigmate notarunt, quod liberos suos solus domi baptizaret, Circa solennitatem Nat. Domini, eum in Capella D. Barbaræ in templo S. Francisci, Fr. vitam D. Barbaræ in concione proferret, pictor quidam eundem fratrem in ambitu increpabat, vt ab eiusmodi nugis sibi temperaret, Euangelium potius quam fabulas aniles prædicaret, fr. clamorem concitat, pictor in carcerem conicitur. Habebant autem antea vnum cultrarium Kalenicze dictum, qui se familiamq; suam domi subutraq; communicabat, ab hoc hæresis, quæ exiguus grex, nominatur, originem traxit hos ambos educunt, Kalennicium virgis cęsum Stygma inurunt, & ambos proscribunt.

CAPVT XXIII.

EODEM tempore, homines variis terroribus perculsi, quid occipere debeant ambigunt. Spectra passim apparent. Cum aliquando Matthæus Borssyk Iudex nouæ Pragæ post occasum solis ante curiam staret, tū ecce apparuerunt vinginti viri armati, prætereuntes, quos cum sequeretur adiunctis sibi sociis ciuibus, subito euanuerunt, hos etiam vigiles se vidisse, illis obuiasse affirmarunt. Alii dixerunt se vidisse in villa Krc. 5000. militum, similiter in loco dicto Slup. prope Weslegrad. Pragenses Anno 1524. ante festum sancti Venceslai, Baccalaurium quendam in Hungariam ad Regem expediunt, mandantes vt fideliter instet quatenus à Rege litteras contra Pikhardos, quos expulsos volunt, impetrare possit, quas & impetrauit promotore Archiepiscopo Strigoniensi, tum supremo Cancellario Reg. Hungar. Baecalaurius Pragam reuertitur, literas exhibet, conuocatio fit ciuium non omnium vt moris est, sed suspectorum, in quorum præsentia Garrulus Baccalaurius, relationem facit. Parochi aliqui qui ante annum vrbe interdicti fuerant, vtpote Iacobus, Venceslaus, SSidlo Matthias Corambus, reuocantur. Legebantur autem tunc illi noui articuli, & pro firma duratione libris inscribuntur, sunt autem hi qui sequuntur.

CAPVT XXIV.

In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

NOS Magister ciuium & Senatus, Iudices minores, Seniores vrbis & tota vniuersaque communitas, vrbis Pragen. Notum facimus tenore præsentium & fatemur, pro nobis, nostrisque successoribus, coram vniuersis, quod ob vnitatem seruandā, hos articulos, approbatos seruandos in perpetuum, acceptamus, & inuiolabiliter tuemur.

1. Cultus diuinus sine impedimento exerceatur, eo more vti Christiani per vniuersum orbem terrarum solent, nempe S. Trinitas honoretur, curia cælestis laudetur.

2. Nullus aliquem recipere pręsumat, qui non sit membrum Ecclesię Catholicę, & nolint sequi vestigia sanctorum, eorumque festa celebrare.

3. Vt omnes teneamus Sacramenta a Christo Domino instituta, ab illis nullo modo abstrahamur.

4. Omnes ritus Christianos in Ecclesia vsitatos obseruemus vti antecessores in hac vrbe fecerunt, singulariter quod attinet officium Missæ & communionem corporis & sanguinis Senibus, iuuenibus & infantibus sub vtraq; specie.

5. Vt nobis liceat Administratorē & Parochos eligere, qui sint vitæ honestę, cōcordes in doctrina Christiana, legitimi, non pugnantes contra legem diuinam.

6. Obtuendā concordiā & pacē Christianā, non permittamus irrepere homines siue sint spirituales siue seculares, qui externa dogmata defendere, aut affirmare velint, præter priscam religionem & Doctores ab Ecclesia receptos Græcos & Latinos.

7. In hoc quoq; vnanimiter conuenimus, ne patiamur clandestina conuenticula, prout & Rex prohibuit, insuper conciones habere secularibus non permittitur, imò nec spiritualibus, qui nouum quid inducere velint.

8. Quilibet secularis qui libertate ciuili vti volet, tenetur suo tempore ad communionem corporis & sanguinis Christi accedere, Parocho suo conscientiam aperire, rationemq; fidei dare, religionem nullatenus simulare.

9. Peccata mortalia publicè perpetrata puniantur; dies Dominicus aliaq; festa fundamētū in lege diuina habētia velut maiores obseruarūt, sic & modo celebres sunto

10. Feria 6. alia quoque ieiunia. Vigiliæ, Angariæ, Sabbata, Aduentus Domini, Quadragesima. Rogationum dies tres, intemperantia obseruata volumus, à carnibus

abstineant,qui trangressor deprehensus fuerit punietur,vt antiquitus statutum est.

11. Qui municipium habere cupit inter nos,is litteras conseruatorias & quoque parentis suis afferat, quod sit legittimo thoro natus à Sacerdote Catholico in infantia baptizatus,& non à Pikhardo.

12. Quicunque inuenti fuerint vtriusque sexus homines, qui à Pikhardis rebaptizare se passi sunt,hi Stigmate notati ex vrbe eiicientur.

13. Homines ex illegittimo thoro progenitos quicunque illi sint siue ciues siue mœchanicii,tanquam spurios,reprobatos,inhabilesque respuimus.

CAPVT XXV.

14. OMNIA scripta & tractatus erroneos,hereticos,interdicimus, hos qui vendere præsumpserit pœnam amissionis bonorum & vitæ, proscriptionisque incurret: tractatuli igne eremantur. Siquis aliquid noui intulerit; primò consistorio ad perlegendum deferat, quæ approbata fuerint & à Magistro ciuium quoque, tum demum venales exponere licebit.

15. Derisores venerabilis Sacramenti corporis & Sanguinis Domini, aliorumque Sacramentorum quicunque illi fuerint, vrbe proscribimus.

16. Similiter quicunque in matrimonium duxerit filiam hominis copulati à Sacerdote non rite ordinato, aut fœminam Pikharticam seu fœmina quæ Pikhardo nupserit,vterque eiiciatur.

17. Similiter siue vir seu fœmina Pikhardita vterque proscribitur.

18. Siquidem serenissimus Rex nobis se obligauit nos velle tueri in Religione, cæremoniis consuetudinibus & iuribus,&c.& nos similiter D. nostro hereditario fidē & dexteritatem debemus seruare.

19. Quod si in aliquem ex nostris propter statutorum horum obseruantiam,machinatum fuerit ab Pikhardis,tum tenebimur nos inuicem defendere & tueri,non deficiendo.

20. Qui se à nobis segregarunt,aut extra vrbem exierunt, illi non sunt reuocandi,nec recipiendi.

21. Cum senatus renouãdus foret,nemini licebit de electione personarum quicquam tractare, aut clandestina consilia habere, sed conuocata tota communitate publicè personæ nominabuntur, vt Regi videtur, hoc obseruandum erit,ne contra indultum regium quicquam peccemus.

22. Eligendi vero nō debēt esse in religione suspecti,omni alia labe carere debēt.

23. Qui ius ciuitatis habere vult,hos articulos tenere,& obseruare debebit, qui secus fecerit,vrbe excludetur.

24. In electione Senatus, semper hi articuli absq; aliqua mutatione,legi debent.

25. Qui ex minori Praga pulsi sunt vel ex Augezd,& inter nos morātur, intra triduum exeant, quod si diutius morabuntur, detentores vel hospites,vna cum illis exturbabuntur.

26. Ciues singuli ordine tenus à Magistro ciuiū citãdi sunt, vt quilibet stipulata manu promittat se seruaturum nominatos articulos, Actum anno & die vt supra.

CAPVT XXVI.

HIs articulis promulgatis, breui post tempore citauerunt aliquos consules & vicinos conciues,secundū placitum,vt articulos approbent,qui verò in religione erronei esse videbantur, non erant citati,interim non citati omnino cōuenire aut colloqui nō audebant,nisi in publicis diuersoriis & tabernis, alias mox ad Senatum delati & pro Pikhardis habiti & diffamati sunt, grauiter puniti. Parochus ad Ecclesiam S. Egidii post concionem vt moris est monere populum vt pro rebus necessariis orent & orare pro captiuis iussit, præcipuè pro iis qui iniuriam patiuntur,altera die in curiam citatus, tandem ad Administratorem, in carceres relegatus ad dies aliquot.

CAPVT XXVII.

VXOR pistoris cuiusdam dicta Dymkowa accessit Parochum D. Nicolai, ferens honorarium, rogauit vt pro captiuis orare populum moneat,ille vero ne sibi similiter

liter quod Henrico eueniat accepto munere, accessit Administratorem consuluit, res in senarum delata, citatur mulier, & incarceratur, detineturque. Cum aliqois nomine Pikhardico vocatus est aliter non, nisi maledictis se liberare potuit.

CAPVT XXVIII.

EODEM Anno circa festum S. Martini cum Princeps Carolus locum tenens, à Rege ex Hungaria rediit, aliter quam antea erga captiuos affectus, ex instinctu Episcoporum aliorumque nonnullorum, vt & ipse Rex à quo mandarum accepit, vt omnes Lutheranæ factionis è Regno pelleret, propterea conuocatis ciuibus, totumque statum ciuilem in Curiam Pragensem feria 2. post Elisabeth anno 1424. Princeps loqui incipit, qualiter erat vbique diffamatus, ac si in perniciem illorum aliquid machinaretur, quod minime credere debent, imò quod apud Regem semper illorum partes sit sequutus pro vt clarius patet, sic & nunc fecit. Pragenses tantæ humilitati gratias agunt, simul & commissariis ex ciuibus, quod comparuerint. Princeps dicit sibi à Rege iniunctum, ambas partes audiat tam carceratos quam accusarores, M. Pasca inchoat loco Magistri ciuium & consulum accusationem, leguntur literæ Regis, vbi omnes Lutheriani & Pikhardi expelli iubentur, imò in renouatione Senatus à D. Commissariis nomine Regis idem sibi iniunctum habeant, quod verò hoc opere exequi non potuerint, in causa fuerant hi incarcerati, qui semper restiterant, & negotium impediebant. sequantur articuli quibus rei accusabantur.

CAPVT XXIX.

1. QVOD primo contra Deum & religionem peccauerint, cum quosdam erroneos in vrbem post in Parochias induxerint, qui S. Trinitatem blasphemabant, quod nesciant, vtrum vir an fœmina vel aliud quid sit.

2. Sanctorum memoriæ & festa non debent esse noc D. Dominicus celebrari, nam hæc omnia transierunt, Christiani liberi esse debent nullis astricti legibus, solam fidem habentes.

3. Omnia Sacramenta Christi, & Ecclesiæ præcepta aspernabantur, Aquam Baptismatis nihil esse, quilibet potest Baptizare, qualicunque Aqua, Chrisma, Oleum, Sal, Lutum, &c. non esse necessaria, infans à Christianis parentibus natus in fide iam Baptizatus est. Pater proprii filii patrinus admittitur.

4. De cæteris Sacramentis similiter asserebant confirmationem, ordines sacros, esse inutiles vnctiones. Electio, non vnctio, faciet Sacerdotem.

5. Negant vltimam cœnam à Christo institutam in mortis suæ memoriam esse Corpus & Sanguinem eius, in Monstrantia & Sacrario non esse Sacramentum.

6. Quod ab vno Sacerdote audierit, consecrationem corporis Christi non esse oblationem, Christum semel oblatum, qua facta omnes oblationes finem acceperunt.

7. Missam nihil esse dixerunt, communio non est ad salutem, ornatus, Calices Monstrantia, &c. vanitates sunt.

8. Corpus & Sanguinem Christi post consecrationem negabanr, dicentes: Deum quem vos putatis hic esse, aranei & mures corrodent, deuorabuntque vinum acescet & corrumpetur. Ad dexteram Patris est Deus, ibi adorandus est.

9. Altaria officinas & focos astruebát, ceremonias & ritus Ecclesiæ, contenebát.

10. Processiones impediebant, omnes memorias saluatoris nostri vt sunt. Hierusalem in Dominica Palmarum, Sepulchrum Pascæ. De Purificatione B. M. V. articulos collegerunt.

11. Hi captiui erant nobis in omnibus consiliis contrarii, in processionibus venerationem debitam negligebant, hæc ductu Sacerdotum quos induxerant.

12. Laicos concionantes nō impediebant, prout Nicolaus Sfotf apud S. Michaëlem in Oppatowicz.

13. Conniuebant Sacerdotibus illis concionari. Hominem bonum esse magis venerabilem quam corpus & sanguis Christi. Et quod Dæmon homines per Mariam seducat instar pessimi latronis.

14. Canonem nihil esse dixerunt, imò illi annotatos esse in Inferno. Doctores Sanctos contemnunt, imagines crucifixi in Missali deleuerunt.

15. Ad monstrantiam tornamenta faciebant seu hastiludia, concurrentes, vterque sexus cum talibus Sacerdotibus fœdus faciebant, noctu ad hæresin talem conueniebant.

16. Rex mandauit ne hanc hæresin alamus nec in Senatu patiamur, his omnibus contraibant hi.

17. Rex mandauit vt ob vnitatem, concordiam & pacem colendam cum Catholicis de compactatis tractemus, hi nullatenus hæc fieri concedebant.

18. Cum de expositione venerab. Sac. in Monstrantia, mentio facta fuit, tum hi blasphemando gannicbant: Iam nobis Iesum absconderunt, quem nunc adorabimus & alia pluria horrenda & abominanda.

CAPVT XXX.

19. CVM Senatores Pragæ minoris à nobis consilium peterent, quid cum talibus hereticis occipere debeant, cum his de rebus iam Rege scripserint, nos dedimus consilium vt responsum à Rege exspectarent, annuerunt. Cum vero illi à nobis exierint, tum vnus ex præfectibus Regiis in Senatum vltro se ingessit, cur Pragensibus minoris ciuit. ad responsum Regis differamus, periculum in mora esse, addidit: Nunquid Rex noster est vt alii Reges? qui se ipsum regere nescit, & quales sunt ipsius consiliarii? ego illos, &c.

20. Minabatur nobis ab istis quam sæpissimè, præsagiebant multa mala nobis imminere.

21. Loquebantur quod omne triticum in Deos nostros absumemus. Qui Deus si instar montis esset, iam comestus esset.

22. Vnus ex Parochis horum dixit nos habere tres Deos, vnum in monstrantia, alterum in ciborio, & tertium quem commedimus. Putat vetula quod Deum sumat, illa vero sumit Diabolum.

23. Vtrũ qui sancti sint quod ignorent, nec inuocandi sunt, nec venerandi, Christus enim sua passione pro nobis satis fecit, vita illorũ similis vitę canis, ieiunia dãnant.

24. Missa non est necessaria, Christus semel immolatus, hic non immolatur.

25. In Sacram. altaris Deus non est præsens.

26. Aliqui illorum Sacerdotum in concione dixerunt, Sacerdotes posse ducere vxores, prout iam aliqui duxerunt, hæc captiui isti non impediebant.

27. Hunc vltimum articulum probabant accusatores testimonio Administratoris cahere & consistorii. Lectum est aliud testimonium Parochi, Adalberti in læta curia contra Briecium, quod is Parochis S. Stephani maioris, mandasset ne nimis laudib. corpus & sanguinẽ Christi extollant, nec etiam nimis vituperent, aliud testimonium Parochi Hieronymi ad sanctum Castulum, contra Briecium, qui Parochus sua formata seruandum dedit, quæ cur ab eo repeteret, dixit Briccius: Magna stultitia est, quod Italiam pro talibus literis petatis, quibus optime carere possitis.

CAPVT XXXI.

HIs articulis absolutis, vocati sunt rei in Senatum feria 2. post S. Catharinæ, vt in absentia actorum, respondeant, prout & ipsi absentes accusati sunt, qui primo gratias egerunt Regi pro tanta clementia post & Principi, tandem dicunt se iam per 16 septimanas, duros carceres, fœtores, passos, magna cum ignominia, & graui iactura, nec sciuisse diem nominatam, sed si quidem actores, libere contra innocentes consilia capiebant, & quæ libita erant scripserant, his vero nec colloqui concessum erat, ob custodes importunos, quapropter rogant vt ad propria dimittantur, vt paululum respirare, & innocentiam declatare possint, nec verendum esse vt relictis vxoribus, liberis, domibus & aliis, turpi fuga reos se declararent. Princeps respondet: Quæ possibilia sunt faciam, omnia hoc vero in mandatis non habeo, sed petite actores Pragenses, & ego intercedam pro libertate vestra, captiui dixerunt. Non est possibile vt hoc faciamus, hoc enim nos reos faceremus, insuper cum non illorum sed Regis captiui simul & vestri tanquã Viceregis. Cum nihil obtinere popossent, ducti sunt in Palatium, maius Prætorii, vt ibi colloquantur, scribant, &c. Altera die rursus in Senatum vocati, Princeps vult vt respondeat, qui licet inuite tamen respõdent, articulos illos omnes negant.

CAPVT XXXI.

CONTINVANT responsum negando, imo affirmant se omnia Regis mandata, seruasse, aliosq; ad ea seruanda monuisse, culpam in Administratorem & accusatores retrudunt.

CAPVT XXXII.

INNOCENTIAM suam mordicus tuentur, & dicunt nunquam de his erroribus fuisse admonitos, seu accusatos multo minus conuictos, sed ex mera inuidia violenter incarceratos.

CAPVT XXXIII.

TOTVM hoc caput est purgatio culpæ, & accusatio Administratoris, qualiter in concionibus plebem ad effundendum sanguinem illorum concitaret, quos Pichardos falso tamen, nominabat.

CAPVT XXXIV.

SVBICIVNT se in omni humilitate Regi & ei simulq; Principi gratias agunt, quod dignati sunt responsa audire, putant itaque satis innocentiam suam demonstrasse.

CAPVT XXXV.

PRAGENSES accusationem suam Principi in scriptis porrigunt, Princeps verò dicit se Regi missurum, captiui constanter volunt audiri secundum processum iuris.

CAPVT XXXVI.

PRAGENSES scripta tradunt, author verò hic repetit illa quæ iam in cap. 31. scripserat, & tuetur partem Pikhardi.

CAPVT XXXVIII.

CAPTIVI reducuntur in carcerem, ibi manent 12. septimanas. Princeps illa acta Hungariam Regi mittit, Kuttenbergenses qui erant assessores Principis similiter faciunt. Accidit quod duo Germani vnus Catholicus Tinctor, & alter Hereticus tormentarius de religione disceptauerint in caupona, tormentarius defendebat Lutherum, alter Pontificem, ventum est a verbis ad verbera, ita in platea sese inuicem vulneribus afficiebant, vt vix superuiuere posse crederentur.

Ciuis vnus hereticus qui multa contra religionem Catholicam gannire solebat, quendam prædicantium quia Luthero missus erat nomine Magister Thomas, in domo sua per tres menses, ille Thomas in Ecclesia corporis Christi Germanice concionabatur, inde tandem pulsus in Misniam abiit.

CAPVT Vltimum.

LVDOVICVS Rex declarat per literas suas captiuos reos, iubetque vt quam primum possessiones suas vendant & è Praga alio migrent, ad Ecclesiam Catholicam omissis erroribus redeant, iniurias non vlciscantur, quod si secus fecerint, tum demũ, tanquam rei læsæ Regiæ Maiestatis bonis, fama & vita priuabuntur.

Alias quoq; literas Rex Principi misit, eiusdem tenoris anno 1424. circa Purificat. captiui in spatio trium septimanarum bona diuendunt, Praga exeunt, spe tamen quadam paululum consolati, cum intellexerint, Regem Pragenses monuisse, vt amicitiæ memores, & vnitatis, certis conditionibus cum illis conueniant.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

POSTQVAM ciues Praga eiecti tumultus non cessat, Gallus Cahera Administrator Gracensis, parentibus pauperibus natus, Pragæ in Magistrum promotus, tandem in Sacerdotem ordinatus Parochiam in Litomericio suscipit tanquam turbator ciuium satis ignominiose absoluitur. Vitembergã ad Lutherũ proficiscitur, auidum se nouæ religionis simulat, ad cuius instantiam Lutherus

libellum de ordinatione composuit, & in Bohæmiam direxit, licet (vt à Luthero accusatur) solus illorum articulorum sit author, de quibus Lutherus in Epistola q[illegible] ad Burianum de Sskornicz Secretarium Prag. captiuum m[illegible] conqueri[illegible], q[illegible] datum Vitenb. 1524. in vigil. S. Simon, &c.

CAPVT II.

LVTHERVS mittit literas D. Gallo Cahero, quibus illum monet vt omissis [illegible]taribus, ad audita reuertatur, quodq; sit illi durum cõtra stimulum calcitrare, to[illegible] vocibus obstrepere Datum Vitenbergæ anno 1524. Dom. post S. Martini. Iste Admini[illegible]strator Caher, primò multa contra Catholicam Ecclesiam & summum Pontificem blaterabat, Lutherum verò S. Doctorem laudabat, rogabat populum vt pro eo [illegible]orent, vt in proposito perseueret, vt qui Bohæmis multa bona præstitit, in eo quod [illegible]cinis Germanis Euangelicæ veritatis agnitionem attulit. Tandem vero erat Luth[illegible] & Pikhardis contrarius. A statibus in comitiis in Administratorem electus est v[illegible]ctum est lib. 1. cap. 6. Occupauit & Parochiam B. Mariæ virginis ante læram cur[illegible]am Catholicam religionem docebat strenuè, Episcopatum ambiens.

CAPVT III.

ANNO 1524. in die conuersionis S. Pauli indicta sunt comiticia à Rege in arce Prag. omnibus tam spiritualibus, quam secularibus conuenerunt plurim[illegible], visum est a[illegible]liquibus Primariis Baronibus & Equest. ordinis tractare cum Catholici[illegible], vt compacta a Sede Apostolica confirmentur. Conuenire primum solebant Parochi sub vtraque in collegio Carolino ad Administratorem, qui ob bonum auspicium sacrum de S. Spiritu celebrauit. Tandem in arce Pragensi a Vice-Rege, Principe Carolo comitia [illegible]choantur, & concluduntur, Relatores ad tabulas regni expediuntur, D. Ioannes [illegible] Wattmberg supremus Burgrauius liber Baro. D. Henricus Hlozek.

CAPVT IV.

COMITIA celebrata anno 1525. die conuersionis S. Pauli, & tabulis Regni inse[illegible]ta ob vnitatem concordiam & pacem hos articulos continent.

1. Compactata ab omnibus approbata & recepta, à nemine violentur, aut [illegible] sensu deprauentur, sine contentione obseruentur.

2 Siquidem compactata, ob vnitatem, pacem ac fraternum amorem colendu[illegible] recepta approbataq; sunt, velut & pactum pristinum tabularum regni confirmatu[illegible] habet, repudiata omni hæresi, obseruantes ritus & ceremonias antiquitus receptas in celebratione S. Missæ pro filiis S. Ecclesiæ sine æmulatione, ob concordiam declarati sumus, nullus hæreticorum factiones promoueat.

3. Statuimus ne post hac quenquam hæretico aut Schismarico nomine aut quauis ignominia & iniuria lædat, aut quoquo modo offendat, imo apud Regem instabimus, vt is autoritate sua summo Pontifici nos commendet, quatenus possimus inter alias nationes pro veris Catholicæ Ecclesiæ Matris filii recipi & publicari.

4. Quod Parochias & Ecclesias attinet, hæc secundum priorem contractum, [illegible] tabulæ regni habent, maneant.

5. In hoc quoque conuenimus, vt verbum Dei à Solis Sacerdotibus & Diaconis, ritè ab Episcopis ordinatis concionetur, cum permissione sui Prælati, hoc tamen & laicis non prohibetur, vt in ædibus priuatis Biblia legant familiæ, sine omni addi[illegible]ne seu expositione.

6. Quantum ad ordinationem Diaconorum & Sacerdotum, quorum penuriam sentimus, Regem rogabimus, vt apud Sedem Apostolicam nobis obtinere dignetur, vt studiosi ab Archiepisopo & Episcopis, tam sub vna quam sub vtraque specie sine dilatione ordinentur.

7. Volunt vt Apostolica sedes & Rex hæc omnia ratificent & confirme[illegible], [illegible] quis post hac quicquam labefactare præsumat. Pikhardorum dogmata & co[illegible]cula omninò abiiciunt, damnant & execrantur.

CAPVT

CAPVT V.

HIs comitiis finitis, Te Devm laudamus per Ecclesias canitur & campanæ pulsantur, Princeps Carolus, qui antea Lutheri doctrina imbutus erat, modo Romanam fidem in comitiis palam profitetur, Lutherum damnat, quod & M. Pasca publicè facit, de communione Catholicè sentiens.

Post annectit author disputationem, quam in via habuit cum vno Prælato Eccl. Prag. vbi corpus exangue & mortuum cadauer, sanguinē quoq; hominis mortui, cruorem fœtidum appellat, & quod ille Prælatus victus cū ignominia & rubore abierit, &c.

CAPVT VI.

AVthor hic aliquot articulos ex compactatis à Boëmis & Morauis diu desideratis & confirmatis recenset, dicitq; eos nullius esse momenti, nec esse conducibiles saluti animæ pugnare contra legem Christi. Quodq; post Hussum veritas & communio subutraq; prodierint, & quod illos articulos saltem propter communionem subutraq; teneant, ad tempus nec inueniatur qui verum sensum illorum sciat. Anno 1533. circa festum S. Martini habita sunt comitia Pragæ, à Boemis & Morauis in quibus cum Philiberto Episcopo constantiensi nec non cum aliis Prælatis à Sede Apostolica ablegatis de articulis infra summariter excerptis tractat, qui tandem in concilio Basilienſi denuo confirmati sunt.

1. Quod Bohæmi & Moraui pro se suis vniuersis & singulis spoponderint obedientiam excepta communione sub vtraq;.

2. Peccata mortalia debent puniri, in spiritualibus per spirituales, in secularibus autem per seculares.

3. Verbum Dei debet prædicari à Diaconis & Sacerdotibus, ad id aptis & probaris a Senioribus, non tamen vbique, sine præiudicio Episcopi.

4. Spirituales possidentes bona temporalia debent esse fideles dispensatores, iuxta statuta patrum, illa bona ab aliis iniusto titulo non debent eripi. Ceremoniç & ritus Ecclesiastici obseruari debent vti recepti sunt, vbi uerò minus recepti ob pacem seruandam cogi non debent homines, sed tales debent venire ad concilium Basiliense pro instructione.

5. Sententia Philiberti est: Quod concilium hoc non admittat communionem subutraque homini peccatis implicito.

6. Superiores possunt castigare inferiores ob peccata commissa, iuxta sententiā D. Augustini: Qui interimit malos, ob id quod mali sint, seruus Dei est: qui verò hanc potestatem non habet, & necat vel mutilat hominem, homicida est.

7. Quòd aliquando contingat aliquem Prçlatum ex inuidia aut malitia, concionatori inhibitionem facere in concionando vnde tumultus & alia oriuntur, &c. de isto articulo appellatur.

8. Prælatus potest vti bonis temporalib. personaliter, id est: vendere oppignerare inuadere secundum ius. Ad alia vero quædam debet habere capitaneum, Burgrauium, &c. Hoc erit: Pilatus manus lauabit, quod sit innocens ab isto sanguine.

9. Vnus ex legatis dixit sententiā suā: Quod ius dominii & bonorū Ecclesiasticorū sit penes Christum, Prælati autem & reliqui spirituales sint legitimi eius discipuli.

10. Sequuntur articuli à Bohæmis & Morauis in consilio Basiliensi recepti, à Philiberto Episcopo, aliisque legatis, anno & die vt supra.

11. Primò confirmatur vnitatem veræ Ecclesiæ in unitate fidei Catholicæ. quam Bohçmi & Moraui receperunt, excepto calice, qui illis concessus est.

12. Ordinatio cleri Bohæmis & Morauis non debet prohiberi, nisi aliquod impedimentum interueniat.

13. Vltimo arbiter seu Iudex nominatus & exceptus in contractu, qui erat in Egra, ille disponet & ordinabit omnia quæ sunt credenda & seruanda in Ecclesia Dei. Huius itaq; S. Concilii Basil. authoritate, pro filiis S. Catholicę Ecclesię Bohçmi & Moraui recepti & declarati sunt, absoluti ab omni excommunicatione.

CAPVT VII.

DIcit author, qualiter Bohæmi à Germanis multa scōmata, iniurias perpessi sunt, ob idq; coacti sunt articulos compactatorū recipere, donec gratia Dei vicini Ger-

mani inſperate per Eraſmum primo poſt per Martinum Lutherum ad cognitionem legis diuinę peruenerunt, itaque iam compactata reſpuunt nam legati Pontificis multa Bohæmis & Morauis promiſerunt, nunquam tamen illis promiſſis ſteterunt, Germani illuminati in cordibus ſuis pœnitentiam agunt, quod inſontes Bohæmos iniuriis & calumniis affecerint. Interim D. Leo & Princeps cum Pragenſibus per Adminiſtratorē & Conſiſtorium ad Legatum Pontificis literas quaſdam dant.

CAPVT VIII.

ERAT Budæ Legatus Apoſtolicus tum temporis ferè per anni ſpatium, qui indeſinenter Regem Ludouicum ſollicitabat, quatenus Bohæmos ſub obedientia Summi pontificis retinere valeret, incipiebat enim ei Pont. tūc totus orbis tam in ſpiritualibus quam in ſecularibus refragari. Idem legatus aliquot epiſtolas ad Bohæmos dedit, vt in obedientia & vnitate Eccleſiæ firmiter permanerent hortatus eſt, promiſit & cōpactata confirmaturum. Pragenſes de tanta gratia non modico gaudio perfuſi gloriabantur ſe illa exiguo labore obtinere velle & poſſe, quod anteceſſores, prece & pretio, interceſſionibusque prēſtantiſſimorum virorum vix obtinere potuiſſent. Sed ſemper Papa & illa Eccleſia quærit & ſitit aurum, nihil gratis aut amore Chriſti facit. nam

Curia Romana non quærit ouem ſine lana,
Dantibus applaudit, non dantibus oſtia claudit.

Prout vt iam monſtrabitur. Illi qui mordicus illam vnitatem arripere conabantur, laborabant in eo, vt in Babilonicum & Antichriſti ouile irripere poſſint, ideò ad crebras illius Legati datas literas & admonitiones & horum reſponſiones à Conſiſtorio tempore quadrageſimali miſſæ ſunt litteræ, quarum argumentum hoc eſt.

Salutem &c. Legato gratias agunt pro tam paterno affectu, vt qui multum de ſalute Bohæmorum ſollicitus, tabellarios ſuos Bohæmiam expediuerit, qua ſollicitudine nihil gratius fieri potuit, quin imò abſq; omni cunctatione per proprios nuntios, gratiam hanc referre inſinuant.

CAPVT IX.

PRAGENSES ad Tyrannidem exercendam contra ciues reuertuntur, & quemadmodum Pilatus Chriſtum ad Herodem miſit, Herodes iterum ad Pilatum, ſic Senatus ad Adminiſtratorem, Adminiſtrator ruſus ad Senatū, vel Seniores mæchanicæ artis. Ita vt plurimi in hæreſi ſuſpecti, artificium artemque mæchanicam exercere non auderent. Parochi plebem ad confeſſionem faciendam vrgebant, vbi multa clam de cæde Catholicorum expiſcabantur, at nihil extorquere valebant, cum itaque tam brachium ſeculare, carceribus & torturis, quam brachium Spirituale blandis admonitionibus & confeſſione nihil elicere potuiſſent, adinuentus eſt modus alius. Conuocarunt quamlibet artem mæchanicam ſingillatim vnam poſt aliam, habebant enim iam illas ſuſpectas in hæreſi perſonas in regiſtro annutatas, quibus pronuntiatis, artem interdixerunt, ex mera malitia & inuidia. Quos miſeros homines ad Adminiſtratorem direxerunt ad examinandos, qui ſi profeſſione fidei facta, & vbi veræ fidei Catholicæ teſtimonium attulerint ſub ſigillo Adminiſtratoris, tum liberum illis mæchanicam exercere foret. Interquos multi obſtinati profeſſionem fidei abhorrentes, venditis poſſeſſionibus Praga ceſſerunt, alii in Eccleſia Beatæ Mariæ virginis ante lætam curiam, coram altari vbi lectura celebratur, penes ſepulchrum Domini Auguſtini olim Epiſcopi Sanctuarienſis, profeſſionem faciebant. Multi honorariis allatis ſecuri abierunt.

CAPVT X.

ANNO Domini 1524. Poſtridie Sancti Ambroſii Adminiſtrator citatis illis ſuſpectis, admonitione prolixa facta, comitati ſunt in Eccleſiā vbi Parocho Adalberto dicto Polek confeſſio errorum illis prælegebatur, poſt illa profeſſio fidei in his vt ſequitur artilis.

1. Cor.

1. Corde credimus & ore profitemur, in Sacramento altaris visibili, esse verum corpus & verum sanguinem, veram diuinitatem & humanitatē, non modo potentiis & donis suis, sed etiam propriè naturaliter, & substantialiter in sua essentia, quam ex Maria virgine accepit natus, sedet ad dexteram Dei Patris.

2. Corde credimus & ore profitemur, quod altaris hostia, est verum corpus & verus sanguis Domini nostri Iesu Christi, coniunctum diuinitati, habens illum sanguinem & illam animam quam in cruce dolenter pro peccatis nostris moriens emiserat.

3. Corde &c. Fideles Christianos & nos cum illis tenemur huic Sacramento visibili in altari seu monstrantia exhibere omnem honorem, reuerentiam illud adorare vt Deum, illi psallere & pro omnibus beneficiis gratias agere.

4. Corde &c. Septem esse Ecclesiasticæ Sacramenta, Baptismus, confirmatio, &c. illaque esse salutaria remedia Christianorum a Deo instituta, pro auxilio ad vitam æternam consequendam.

5. Corde &c. intercessionem sanctorum.

CAPVT XI.

HI articuli conficti sunt olim à Rokiczano quibus regnante Georgio Podiebradio anno 1466. multos ex ciuibus torquebat, in carcere aliquos per annos 10. detinebat, torturis afficiebat, fame enecabat.

Ceperat administrator illos conuersos primò in concionibus summis laudibus extollere, at paulò post è cantario vituperare quamplurimum, dicens eos esse homines perfidos inconstantes, canes rabidos, fallaces, &c.

CAPVT XII.

TOTVM hoc caput continet calumniam authoris contra professionem fidei factam dicit esse contra omne ius & rationem vt qui nunquam suspecti, accusati, testibusque conuicti, nec iudicati, multo minus damnati erant, publicam pœnitentiam in Ecclesia ad despectum & infamiam agere compulsi sunt, vbi contra conscientiam mentiri debuerunt, vt: Quod in erroribus compræhensi essent, & quod ab infidelibus communionem acceperint. Quodque illam fidem aut religionem Catholicam sponte ac libere amplectantur & profiteantur. Qualis libertas hic fuit? cum aliter fieri non poterat, nec alias in vrbe manere, artes mechanicas exercere, pace frui & manus lictoris carnificisque[ ]euitare licuit? Coacti sunt etiam vituperare Martinum cum suis Sacerdotibus cum tamen nullius erroris reos aut culpabiles facere possent. Quamuis ille Parochus cum suis complicibus hæresi insimularetur, tamen cum ante Solium Regis Anno 1522. stans, accusatus, respondere paratus esset, nullus accusator apparuit, itaque cum nec à Rege, nec à locum tenente, nec à Consistorio, nec a Magistris Pragensibus, nec à Senatu, nec à quouis alio iudicatus multo minus hæresi conuictus & condemnatus, ob seditionem euitandam bona pace Pragam deseruit tandem in Noua ciuitate propè Hradecium Reginæ abiecto habitu clericali & officio Sacerdotali, vxorem duxit, texturam exercuit, prout cæteri laici, in Ditionibus D. Ioannis Czerniezky à Kaczow.

CAPVT XIII.

OPPORTVNE mihi hic occurrit de Rokiczano (cuius ante mentionem feceram) scribere qui cum esset Superintendens cleri subutraque per Bohæmiam & Morauiam, post obitum Regis Venceslai, Sigismundus frater Rex Hungariæ, regimen Regni Bohæm. iure hereditario affectaret, tunc hic Rokiczanus adiuncto sibi Parocho Martino Lupacio, Sigismundum ob Religionem Catholicam, populo exosum reddunt, nominando illum Antichristum, Bestiam, &c. tantosque tumultus per vniuersum Regnum Bohæm. excitant, ita vt hac de causa castrum Vissegradense destructum sit. Post ad se reuersus, melodiam mutauit cum Lupacio, sub saluo conductu Sigismundum Imperatorem Ratisbonam accedit, cum quo serio tractat, quod si sibi Rokiczano, Archiepiscopatum Pragens. & Lupacio Episcopatum conferre promittit, & vtrique parti studiosis ordines sacros conferre indulserit; tum

certo illius opera se Regnum adepturum credat. Imperator intellecta illorum stultitia omnia annuit, qui domum reuersi Sigismundum in concionibus laudibus extollunt parant amicos, nec à proposito desistunt donec Bohæmi vnanimi voto Sigismundum in Regem eligunt, qui coronatus potitur Regno, mox oriuntur bella cum vicinis germanis post exustum Hussum, Ziska caput erigit, castra, arces, Monasteria, Templa a Taboritis vastantur, bona spiritualia diripiuntur, Religiosi propelluntur, cæduntur, hæc erat tunc temporis regni facies. Cum omnia ferro & flammis absumerentur. Tandem Imperator animos hostium per compactata Basileæ confirmata leniuit: Dedit & Statibus Priuilegium eligendi Archiepiscopum & duos Episcopos suffraganeos Anno 1435. Anno illo in comitiis Pragæ die sancti Matthæi, delecti sunt ex omni statu tam Spirituali quam seculari, qui Archiepiscopum & duos Episcopos eligerent & promulgarent, videlicet Martinum Lupacium ex Augezd & Venceslaum a Choczna, hi erant Episcopi, electi ac a Sigismundo Anno 1436. diplomate confirmati, & à summo Pontifice confirmandi, per incuriam tamen Sigismundi confirmatio non est facta, cum confirmationem Pontificis frustra expectarent, Sigismundum denuò vituperant, qui cognita illorum malitia, dissimulando vltionem meditatur. Rokiczanus olfaciens periculum, relicta residentia B.M.V. ante la tam curiam, clam Hradecium abit, & ibi ad mortem vsque Sigismundi moratur. Chrudunenses quoque Lupacium expulerunt. Post obitum Sigismundi Rokiczanus locum pristinum occupat, semper ambit Archiepiscopatum, sollicitat Status regni vt pro se summo Pontifici scribant, quatenus à sede Apostolica in Archiepiscop. confirmari possit, efficit tantum quod litteræ à se compositæ Sigillo Regni signantur; at nedum aliquid obtinet. Tum Rokiczanus ira commotus contra Romanum Pontificem Constantinopolim Epistolam mittit, quibus Pontificem conuitiis proscindit, illum Antichristum, Prophetam falsum, Bestiam, &c. appellando, monens ne reuerentiam aut honorem sibi præstent. Græci (qui tunc temporis Christiani liberi erant) acceptas litteras Pontifici Romam mittunt, Pontifex rursus Pragam vt omnibus innotescant. Sigismundu Ladislaus in Regno successit, is non diu regnauit. Anno 1443. & 4. Habita sunt comitia die Trium regum Kuttebergæ. Vbi Rokiczan cum Thaboritis de communione disputabat, pro parte Catholicorum.

CAPVT XIV.

POTSQVAM Rokiczanus in Religione inconstans spiritu ambitionis in vertiginem raperetur ita vt Catholicis *odibilis reliquis vero abominatio factus esset, hinc pullularunt illi qui Fratres: Valdenses nuncupantur, qui originem à Rokiczano (teste Authore) duxerunt. Hæc de Rokiczano author ideo scribit, quod insinuare vult lectori, Administratorem Gallum Czaherum esse asseclam Rokiczani, quod & simili modo Archiepiscopatum ambieret.

*exosus.

CAPVT XV.

LAVDAT author quendam Valdensem fratrem Matthiam Pellionem, ab aliquot annis Eremitam, quem dicit fuisse hominem pium, sanctum, habentem spiritum Eliæ Prophetæ quo spiritu actus Pragam venit plebi concionaturus, in tabernis, Insulis & ripis fluminis, vbi frequentes auditores habuit, resistentibus verò Sacerdotibus titulatis authore Diabolo (Catholicos ita appellat) literas Administratori mittit & toti consistorio, quarum summa hæc est.

CAPVT XVI.

SALVTEM precatur, post dicit, quod Zelo ductus has litteras scribit, mox interrogat, qualiter officium Administratoris acquisierit, cur primo Lutherum virum gratia Dei illuminatū laudauerit paulo post vero damnauerit. Reuocat illi in memoria

ante

articulos in comitiis Anno 1524. à se ipso conscriptos, propositos, à Statibus acceptos, approbatosque, vt habentur libro primo cap. 6. ob quos articulos officium hoc illi collatum, dicit, quibus modo contradicit. Repetit etiam illius Tyrannidem, supra aliquot capitulis assignatam.

CAPVT XVII.

VLTERIVS exprobrat illorum insignia mendacia, continuando literas, dicit eum cum suis consistorianis esse occisores animarum, latrones, corruptores scripturæ, [illegible] cenæ Dominicæ diuersores & talia.

CAPVT XVIII.

VVLTIS etiam vt homines credant confiteanturq; in Hostia & Monstrantia esse corpus & sanguinē Christi iunctū Deitate & in illo sanguine animaq; quā in cruce dolenter emisit moriendo, quod est contra Scripturā sacram, contra Christum & Apostolos, quorū nullus ita docuit, scripsit, loquutus est aut cogitauit, nec illū successores aliter docuerunt, illos qui hæc credere & fateri renuunt, tribularis, eiicitis, proscribitis, enecatis. Nec credere possum vt aliquis ex clero vestro inueniri possit qui ob cōfessionē fidei vestræ, mortē ignominiosam subire vellt, nā si hæc vera essent quæ hominibus inculcatis: Quod in Hostia aut Monstrantia habeatis, Deū viuū, personalē essentialē in manibus vestris quandocunq; vultis, ô Deus quā honestā Sanctam & laudabilem ageretis vitā, & sacra cum magno timore perageretis, at qua leuitate illa perficitis, notum est omnibus non aliter ac mæchanicus, aut histriones, vnus surgendo a latere meretricis aut scorti, alius madidus vino, alius ob auaritiam. Quis rogo vobis credet, cum vos [illegible] hæc operibus abnegetis, plebem ob reputationem vestri dementatis, nosti enim probe si hæc plebi innotescerent, lucra & mercaturæ vestræ quibus rudibus imponitis corruerent, & vos delicatuli laboribus non assueti, quid occiperetis, abiretis ad aratra, [illegible] ad tribula, seu flagella, tueamini tamen quantum potestis, eripiet nihilominus hæc Deus è manibus vestris ob flagitia & scelera vestra, ob peruersum vsum iuxta [illegible] Antichristi nc amplius vos ipsos saginetis, & in vulnera Christri voretis helleminique, &c. Oues Christi negligitis salutem illorum impeditis, animas necatis exemplis malis, & falsa doctrina Antichristi: auferet a vobis Deus regnum Cæleste, dabit id populo alieno facienti fructum, iamque euenit quod ab oriente, & occidente & [illegible] veritati Christi appropinquant Antichristum fugientes, vos verò supini iacetis nec admonitionem ex lege Dei admittitis. O quale dedecus ignominia Magistrorum septem artium, at non octo Beatitudinum. Quid didicistis, cum iam homines idiotæ mæchanici vos superent? nec cuiquam respondere audetis? saltem assidentes ferculis opiparis. Ex suggestu vociferamini, intumescitis in omnes inuehin ini, [illegible] nullus respondere audet, nec reclamare fas est, vualdenses semper uos ad disputandum prouocant, cur nec comparetis: sed tu Galle homines ab erroribus reuocas, non Scriptura, sed lictore, carceribus, carnifice, stigmate, virgis, interdictis, exiliis, proscriptionibus, vi, Tyrannide, Euge serue bone, forsan hæc in schola Sathanæ in tertio inferno didicisti, omnesque tui complices Antichristi & tua malitia excæcati.

CAPVT XIX.

CHRISTVS Dominus Apostoli eorumque successores ad fidem tali ratione non cogebant, fides enim vera, viua est donum Dei à S.S. Infunditur quam Papa, Episcopus, Cæsar, Rex, nullus hominum nec tu M. Galle cum tuo Clero dare potestis, &c. hic multa gannit & Phantastisat. Datum Pragæ die S. Gertrudis. 1525.

Matthias indignus seruus Dei.

Has literas accepit Administrator, & lectæ sunt consistorio, altera die, qui erat Sabbathi, misit pro isto fratre Matthia qui cum aduenisset, simulata amicitia familiariter loquitur, sed clam iudicem adesse iubet, & in carcerem coniicit, vna cum famulo: famulus, post emittitur,

CAPVT XX.

HIC Frater Matthias, scribit ex carcere literas cuidam alteri Fratri Laurenti[o] ... li sibi Pikhardo, quibus significat, qualiter ab Antichristo captiuetur, & q[uod] paratus mortem subire pro testimonio IESV. Petit vt pro se Deum oret, imò & ... is fratribus per Bohæmiam & Morauiam dispersis suam calamitatem notam fa[ciat] & illi pro se orent. Datum circa festum omnium Sanctorum 1526.

CAPVT XXI.

EODEM Anno ablegati sunt iuxta decreta comitialia, in Hungariam, pr[o] firmandis compactatis, ad Regem & Nuntium Apostolicum nominatæ pe[rsonæ] M. Iohannes Pasca Ioannes Karban, Georgius Bessiitsck, ex senatoribus, à co[mmu]nitate. Nicodemus & Georgius Klatouiensis. Ex spiritualibus. Gallus Adm[inistra]tor. Magister Matthias Korambus & Ioannes Decanus Reginæ Hradecensis [o]mnes erant à parte subutraque. A parte vero Catholicorum erant hi: Princeps ... lus capitaneus. D. Zdenco Leo. Supremus Burgrauius. D. Adalbertus a Per... D. Henricus Suihowsky. Dominus Nicolaus Bussttehardsky. Ratslaus Scriba ... aliique Equites & Nobiles. Ex ciuitatibus. Petrus Sidaczek Plzensis. Ex Cle[ro] Iohannes Zauk Doctor & Administrator Archiepiscopatus Pragens. M. Sim... nonicus Ecclesiæ Pragen. cum aliis duobus Canonicis, hi omnes discesserunt, ... in die S. Floriani, venerunt Budam, salutarunt Regem, illique rem proponun[t] ... Catholici quam subutraque, hoc erat die Sabbati post S. Sophiam, rogarun[t] Regē, vt velit illis indicere diem, in quo negotia totius Regni proponere possi[nt] nominauit illis diem Martis proximum, cum autem hæc tractari deberent, Ec[ce] bolus pacis turbator hæc impedire conatur, feria 3. ante S. Vrbanum, veniun[t] Bohæmia legati ad Regem a sedecim Baronibus, videlicet a D. Spetl, à D. Czer... ky, à Domino Zdencone Kostka, nec non ab aliis Baronibus & Nobilibus, f... literas, quibus erant sigilla appensa numero 300. Altera die veniunt Domini a ... bergk comitatus aliis Baronibus & Nobilibus habens literas munitas sigil[lis] quam 250. Aliæ quoque missæ sunt literæ ex districtu Hradecensi cum sigillis ... centum, à nobilibus qui apud Zizelis conuenerant. Hi omnes vnanimiter pric... tioni reclamant, & dicunt se nunquam ad compactata consensisse, nec consen... le ideò sua Maiestas legationi nolit fidem adhibere, Rex ad instantiam Prag... ablegatorum literas tot sigillis oneratas, Pragensibus legendas dat. Post dieu... genses legati illos omnes esse aut Pikhardos aut Pikhardorum fautores & pr... res, maximaque ex parte turba famularis, qui non habent possessiones aut bo... ptia; Nihilominus tamen eo Regem perduxerunt, quod, summam eorum eo... tum Legato Apostolico, ad instantiam Episcopi Strigoniensis tradidit, qui ... postquam ea perlegisset, dixit se non habere potestatem, illa Bohæmis confi[rmare] nec Pontifex, sed differenda sunt ad Concilium proximè futurum.

CAPVT XXII.

DOMINICA post Sancti Vrbani, venit in hospitium Pragensium legator... de, quidam tubicen Regis, stultitiam simulans alloquutus est D. Pasco[n]... Domine Pasku; quare tu informasti Regem quod omnes Proceres & Baro[nes] non Nobiles Regni Bohæmiæ Papam sequantur, cum sit mendacium, nam ... liter ad Regem scribunt, multis affixis sigillis, post incepit quandam cantion[em] nere Bohæmicam, at D. Pasca cum indignatione abiit dicendo: qui Diab[olus] hunc ad me direxit stultum. Interim fit tumultus in plebe Vngarica, discurr... matim, volentes impetum facere, in ædes Nuncii Apostolici, Archiepisc[opi] non aliorum Episcoporum, effringunt primò fores cuiusdam Baptizati Iud[æi] erat præfectus aurifodinarum Episcopalium hinc aliorum quoque Iudæorum aggrediuntur, opes diripiunt & asportant. Interea, veniunt noualia ex Prag... liter ibi dissidium oriatur, Prætorium obsideatur, monentur legati, vt omiss... tione de Religione, quantocyus domum redeant. D. Christophorus a Sv...

pcllitus Domino Carolo Principi & D. Leoni significat, quod rustici in districtu Hradecensi consurgant tumultum excitaturi, vt domum properent. Ablegati per aliquot dies domo egredi non audent propter metum Hungarorum. Post aliquot dies Archiepiscopus Strigoniensis inuitat Nuncium Apostolicum ad se, vbi & Pragenses aderant, de confirmatione compactatarum tractaturi, à quibus Nuncius pro ratificatione postulabat viginti millia, at illi promiserunt decem millia, Nuncius postulat ab illis nomine absentium & futurorum, Reuocationem hæresis, professionem fidei, promissionem stabilitatis, obedientiæ, & alia, Pragenses legati illa renuunt, nec volunt ista præstare, & ita re infecta & non determinata Pragam redeunt.

CAPVT XXIII.

PRAGENSES, (vt ad propositum reuertar) circiter 50. personas proscribunt, non Praga tantum sed toto regno, nomine Regis, inter quos proscriptos erant duo senatores D. Ioannes Hlawsa & Nicolaus Sforff, qui Hungariam proficiscuntur, à Rege saluum conductum petunt, responsum cum protrahitur, vltrò Regem confidenter adeunt, salutant Regem & Reginam, gratiam obtinent, tum demum Regi fraus Pragensium se prodit, quod non homines plebei, & viles sed primarii, quorum consilio & opera plurimum vsus est.

CAPVT XXIV.

LEGATI Bohæmorum infecta re reuertuntur feria 6. ipso die post corporis Christi, non tamen coniunctim vti exierant sed diuisim, Canonici enim Ecclesiæ Pragens. Administratorem Gallum cum suo Clero deseruerunt, eo, quod sententiam suam reuocare & professionem fidei, Nuncio Apostolico facere noluissent. Pragenses ipso die Corporis Christi processionem solennem instituunt, cum vexillis, armis machinis bellicis, & singulari triumpho.

CAPVT XXV.

ANNO 1525. die S. Floriani Pragenses, Doctorem Burianum Cancellarium suum quem captiuum à vigilia S. Laurentii tenebant, vrbe proscribunt, vna cum aliis quibusdam ciuibus, numero 45. ex minori Praga circiter 20. multi præter hos simile timentes sponte abierunt. Multi enim sibi nihil mali conscii, præter ius & æquum male tractati sunt.

CAPVT XXVI.

EODEM Anno in vigilia S. Laurentii citati sunt 7. ex ciuibus in Prætorium, vbi à Magistro ciuium prolixũ capitulum audierunt & ob Hæresin vrbe proscripti sunt.

CAPVT XXVII.

PRAGENSES & Administrator pecuniæ cupidi instruunt Iudæos, vt ab ciuibus in hæresi suspectos pecunias poscant, beneficii gratia, quod illis securitatem & libertatem apud consulem obtinere possunt, itaque acceperunt ab aliquibus 30. 60. & ab ditioribus 100. & plus, author de se dicit in hoc capitulo, quod à coniuge sua 30. postulassent, cum nihil dare vellet similiter vrbe eiectus, per annos 4. mansit.

CAPVT Vltimum.

CRIMINA ob quæ multi vrbe pulsi sunt, erant ista: Iohanni Eyzderæ obiiciebatur: Quod ex Ecclesiis Tabernas facere volebat, & quod in Bethlehem esse solebat. Gallo a Rosa, quod riserit cum alii in armis in Prætorium currerent. Bartholomæo dicto Hrach: Quod citatus, comparere noluerit, hic erat incarceratus, aliquot septimanis, postea proscriptus. Venceslao Zluticzky, quod frequentauerit Bethlehem & alii quod die veneris comederit caseum Reginæ Lopatske, quod negauerit hospitium

Principi Carolo. & talia ridicula. Missa quæ in Bethlehem habebatur talis erat. Cum homines conuenerant ad communionem tunc D Martinus indutus apparatu Sacerdotali accessit ad altare, sine confiteor sine gloria sine collectis & aliis consuetis, saltem ad populum adhortationem faciens de digna præparatione ad communionem, postea populus genua flectens cantabat cantionem Bohæmicam, & D. Martinus recitauit quandam orationem vt Deus velit ex pane corpus & ex vino sanguinem suum facere, cui orationi in fine pater noster adiunxit & verba cœnæ: Dominus noster Ihesus Christus, &c. fine eleuatione, porrexit illis, & missam sic finiuit.

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

CVM itaq; multi ex ciuibus proscriberentur, idq; dolenter ferrent, accidit quod ex eis Ioannes Hlawsa & Nicolaus Sforff, nec non aliqui ex minori Praga ad Regem Ludouicum proficiscerentur, innocentiam suam probaturi, & vt iniurias proponerent; Rex audita & intellecta re, mandat per literas Principi Carolo & Domino Leoni supremo Burgrauio Pragensi, vt istos ciues cum Pragensibus reconcilient & pacificent, ita vt illi securi domos & alia bona sua obtinere, possint, alias quoque literas mittit Senatui & toti communitati, eiusdem tenoris Senatores perlectis literis, conuocant communitatem in collegium Carolinum, has literas non publicant, sed Magister Pasca dicit se audiuisse à Rege: quod si litteræ aliquæ nomine suo impetrarentur pro ciuibus proscriptis ob hæresin, vt illas non curent, & inter cætera profert antiquas literas Regis contra istos ciues.

CAPVT II.

REx Comitia indicit Bohæmis feria quarta ante festum D. Martini anno 1525. in ciuitate Kolin, exclusis à comitiis. D. Principem Carolum, & D. Lonem omnesque maiores officiales Regni, cum illis adiunctis nobilibus, excepto Domino Adamo Cancellario & Domino Iacobo Subcamerario ciuitatum Reginæ, ex ciuili statu exclusit Pragenses omnes, erat alias conuentus magnus Baronum, Nobilium, & Ciuium, ita vt hospitia illos capere non poterant, Princeps Carolus. D Leo & Pragenses, qui erant à comitiis exclusi, conuenerunt Kuttenbergæ, in magna frequentia, illinc mittunt suos ablegatos Kolinum ad Status, cum literis, Status verò acceptis literis, primum sua tractant, & comitia concludunt, demum literas legunt, ablegatos audiunt, breuique responso absoluunt. Princeps rursus in Kolin scribit, quod velit illuc venire, rescribitur illi: Quod non sit necesse. In his comitiis D. Hlawsa & reliqui proscripti Statibus suas miserias & iniurias explicant, Regis beneuolum animum, Pragensium vero obstinatiam declarant, ab eis consilium, protectionemque petunt. Status vnanimiter patrocinium promittunt, & ciuibus iniungunt vt Pragam perant, & cum Pragensibus sufficienter tractent, vt proscriptos ciues recipiant, & vltra eos infestare non præsumant, quod si Pragenses hoc facere renuerint, tum supremo D. Cancellario significare debent, & ita quilibet domum reuersus est.

Rex animaduertens Pragensium contumaciam totum Statum ciuilem ab eis abstraxit & segregauit. Accidit eo tempore circa festum S. Andreæ: Quidam mercator antiquæ Pragæ, nominatus Duchek, homo satis opulentus, sed quod plus debebat, quam possidebat, is habitabat in foro propè Ecclesiam S. Michaelis versus Pharmacopolium, cum autem à creditoribus importune tribularetur, angore animi obrutus, se suspendit, amici rem occultare volentes, impositum Plaustro in villam versus Benessouium, tribus miliaribus à Praga distantem euehunt, rusticos verbis circumueniunt, & pecunias dant, ibi penes Ecclesiam humatur, qui rusticos surgendo territabat, nimioque horrore afficiebat, Rustici hæc sustinere non valentes, cum de suspendio eis audirent, rursus exhumant, quem rursus amici alicubi in sylua abscondere volunt, quos rustici prohibent, demum Pragam vectus rogo impositus, cum per

biduum

[illegible] igne[illegible] comburi non potuit, sed ambusto caput amputatur, & demum terra operitur.

CAPVT III.

PRAGENSES non contenti expulsione virorum, citant illorum vxores in prætorium, quas simili sententia absoluunt. Quæ maritis suis mature significant. M. Ioannes Hlawsa & M. Briccius iterū ad Regem properant, quos comitantur D. Supremus Cancellarius, Dominus Ioannes à Vattmberg & alii Nobiles, hæc & alia quædam Regni negotia sollicitaturi. Hos sequitur Princeps Carolus, à Pragensibus instructus, vt rem prępediat, directè tamen Regem accedere non audet, sed per Archiepiscopum Agriensem aditum quærit. Rex auditis nouis, cum indignatione Pragensibus, mandat ne cum fœminis aut ciuibus quid incipiant, sed vt rei domesticæ operam dare possint, curent. Pragenses literis non obediunt, à proposito non desistunt, saltem quod fœminas nō molestant. Georgius Lopatsky vnus ex exulibus, cūm è Kuttenberga domum rediisset, circa festum Natiuitatis Domini arbitrabatur se esse securū iuxta decretum Regium, inter prandendum adest iudex cum lictoribus, eumque ex domo propria à mensa ad carcerem ducit, quem nulla ratione emittere volebant, & prius quàm literæ à Rege allatæ essent, ibi mortuus est, mortuo sepultura negatur tandē extra Pragam in hospitali S. Pauli in Porzicz, sine lux, sine crux, & sine omni Sacerdos sepultus. Similiter Parochorum nullus alicui talium ciuium sepulturam cedere volebat. Vix Iohanni Erasmo id obtigit, qui in tugurio, propè vineam Domini Hlawsa mortuus est, quod corpus eius à Reuerendo D. Iohanne Osel seu Asino, Abbate Monasterii Slauorum, alias Emaus, in cæmiterio terræ mandaretur. Venceslaus Kasse qui morbo correptus, clam domum ingressus sanitatis tuendæ gratia, inualescente morbo, obiit, in pago Drzewczicz Brandeis versus sepelitur. D. Iohannes Doctorides, qui licet non fuerit proscriptus, nihilominus in heresi suspectus Brodam vectus est sepeliendus. Post inhibitionem Regiām, in exilium miserunt aliquot alios cociues suos.

CAPVT IV.

ACCIDIT his temporibus aliud malum, mortuo D. Petro à Rosenberg in Krumlow, qui bonorū suorum omnium tutorem præfecit D. Leonem certis conditionibus, qui Leo cum inuadere illa bona conaretur, prohibitus est à Domino Henrico à Rosenberg patruele defuncti, eo quod maius ius ad occupanda illa bona habere videretur. D. Leo citat D. Henricum ad ius Regni, missis duob. Camerariis cū literis Krumlouium, Dn. Henricus perlectis literis, iubet illos Camerarios in carcerem conicere, in quo per triduum manserunt, post coguntur deuorare illas literas, iubet infundere illis vinum in abundantia, postea adferunt cutem bouinam super quam agitantur & vexantur, egregiè tandem èx arce dimissi canibus fugantur, qui reuersi relationem faciunt, aliqui qui hæc audiebant, compatiebantur illis, alii verò riserunt. Cum Dominus Leo Henricum multoties ad ius vocaret, & ille certis de causis comparere nollet, postulat Dn. Burgrauii opem, iuxta processum iuris, quem armata manu totius Regni, extrudere, & sic ditione potiri, at Rex talia prohibuit fieri.

Feria 2. ipso die S. Gregorii Iohannes Hlawsa & M. Briccius à Rege Kuttenbergam reuertuntur, eodem die allatæ sunt Pragensibus iam quartæ litteræ, in Prætorium vbi tota communitas erat congregata ad innouationem Senatus, alia ad communitatē pro exulibus vt recipiantur in vrbem, &c. Quas literas Pasca non multum curauit.

CAPVT V.

HOC caput continet duas epistolas Regias, vnam Administratori & Consistorio subtraq. alteram ad ciuitates Regias, pro pace sectanda, amicitia & concordia seruanda.

CAPVT VI.

REX iterum comitia instituit in ciuitate Kolin, iis tantum quib. antea, & hoc feria quinta post Dominicam Quasimodogeniti, citat etiā omnes ciues proscriptos, eo.

Cæteros autem nempe Principem Carolũ D. Leonem cum suis complicibus Baronibus & Nobilibus, simul cum Pragensibus conuocat Kuttenbergam, vt eò facilius sic disiuncti reconciliari, & pacificari possint. Mittit etiam commissarios & mediatores D. Artlebum à Bozkowicz & in Trzebicz. D. Iohannem à Pernstein in Helfenstein. Vt hi pacificatis & compositis negotiis, de comitiis futuris instituendis conueniant. Vocantur Pragenses à Dominis commissariis ad statutam diem & horam, adest D. Leo, & vult vt Domini Comissarii de hospitiis suæ parti prouideant: affirmat enim Pragenses habere 2500. equos, quod non erat verum, significant Principi Carolo Kuttenbergam: Qualiter intellexerint tantas copias se habere, quibus non sit opus, vt cum Pragensibus in pauciori numero adsit, Princeps & Pragenses iam in via erant versus Kolin quibus D. Leo fit obuiam, & Kuttebergam rursus reuocat. Altera die iterum Pragenses vocantur, nec tunc veniunt, literas Regis & mandata priora prætendentes & libertatem talem qualem Domini Barones & Equestris ordinis habent in suos subditos hæreditarios, Pragenses autem non habent ius & potestatem exercendi Tyrannidem in suos conciues, nec sunt Domini sed officiales instati a Rege constituti ad tempus, & sic iterum nihil peractum est. Hi qui Kuttebergam conuenerant, reuertuntur vndè venerant, qui verò in Kolin cõspirãut vt a Rege nullo modo declinent.

CAPVT VII.

PRAGENSES hoc facto inobedientiam erga Regem manifeste demonstrabant, Eodem tempore Turca Hungariam vehementer infestabant, Albam inferiorem potenter cœpit, post Budam aggredi proponit, Rex manifestum periculum sibi imminere sentiens, timet, ablegat suos oratores in Bohemiam, ad Status Regni, vt quam primum copias in subsidium expediant, orans propter Deum vt properent. Dominus Leo cum suis complicibus & Pragensibus putant differendum ad comitia, alii nolunt, & dicunt periculum esse in mora, Barones ergo & Nobiles ex districtu Boleslauiensi licet personaliter non proficiscerentur, collecta tamen magna vi pecuniarum tradiderunt Domino Cancellario, qui conductis militibus, adiunctis & suis, properabat ad Regem, cumque veniissent iam ad castra antiqua (sic dicta) & mala noua de Rege audientes reuersi sunt. Dominus Henricus misit aliquot 100. armatos milites. Ast Dominus Iacobus Subcamerarius ad nutum Regis iam præcesserat cum ciuibus Zateczensibus. Lunensibus, Gadanensibus, Brixensibus, Taborensibus, nec non & aliis quibusdam, pertexit 25. milliaria post Budam od oppidum Mohacz, prope castra Turcarum. Pilnenses autem & Beraunenses, Slanenses, Litomislenses, Mielniecenses, Lusatii nec non alii venerunt post Budam 10. milliaria, ibi fixerunt tentoria, nec vltra procedere volebant. Hungari suadent Regi vt Bellum aggrediatur, Bohęmi verò differendum dicunt donec socii eorum adueniant, sed Hungari impatientes moræ, Bohæmis internitionem minantur, itaque miser Rex volens nolens arma induit, cum hoste congreditur pugnatur iniquo Marte, Turca enim habebat 200000. Militum, Hungari plectuntur, trucidantur, & aliqui ex Episcopis, Archiepiscopus Strigoniens. iussu Imperatoris Turcarum capite plectitur, Rex autem Ludouicus ante conflictum, incolumis euasit, casu properando in paludem limosam incidit, vnde se expedire non valens, equo cui insidebat oppressus, armis quoque grauatus miserè interiit, à comitibus plus suam quam Regis salutem curantibus derelictus. Post dies aliquot inuentus extrahitur, in quadam ripa humatur, tandem iterum effoditur, & in Alba regali Regum more sepelitur, circa festum omnium Sanctorum, in spatio horarum 24. in Regem Hungariæ Iohannem Stephanum Principem Transyluaniæ eligunt & coronant.

Ferdinandus Archidux Austriæ affinis Ludouici regis, postulat Regnum Bohæmiæ Turca appropinquabat Budæ, ciues timent multi alio migrant, Iudæi tamen manent interim Turca nemine resistente Budam inuadit, Iudæos trucidat, ciuitatem incendit, Pessi quoque deuastat arcem tamen Budensem intactam relinquit, & ad limites recedit.

CAPVT

CAPVT Vltimum.

CVM Turca Hungariam infestaret Transyluaniam præteriit, sine omni damno, insuper & Ioannem Stephanum in Regem eligi & coronari passus est, ciues qui Budam deseruerant, iterum redeunt, ciuitatem exustam destructamque restaurant, Regem in solio sine metu collocant. Rexerat Ludouicus regnum post patrem suum annos 10. menses 5. ætatis suæ habens annos 20. menses 2. erat Dominus Clemens, beneuolus, tenax iustitiæ, &c. Nimis tamen Venationi, Choreis, Hastiludiis, & similibus vanitatibus deditus.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

POST obitum Regis Ludouici, Bohæmi comitia indicunt feria 6. post sancti Francisci, Pragenses per præconē omnibus proscriptis saluum & liberum accessum promittunt. Status conueniunt, tractant de communi bono, de electione Regis, septima die post Domini Prælati Ecclesiæ Pragens. etiam & in vrbe, exequias pro anima Regis peragunt. Feria 2. quæ erat dies D. Hieronymi, eligunt ex quolibet statu personas octo, quas iuramento astringunt in Capella S. Vencesilai, vt de Rege eligendo conuenirent, elegerunt itaque vnanimi voto Ferdinandum Archiducem Austriæ, quem altera die in comitiis publicant & acceptant, canitur Te Deum laudamus, pulsant campanas per totam Pragam, &c. In fine capituli dicit author de illo fratre Matthia Pikhardo, qui à Pragensibus in carcerem coniectus erat, modo dimittitur ea conditione vt ante occasionem solis allo se conferat.

CAPVT II.

HABET quasdam literas Hieronymi Parochi Sancti Galli, ad nominatum Fratrem Matthiam quibus nititur illum ab hæresi abstrahere & ad Religionem sanctā Catholicam perducere.

CAPVT III. IV. V. & VI.

CONTINET responsum Fratris Matthiæ Pikhardi, ad Parochum Hieronymum, in quo tanquam Venenatus Buso inflatur, hæresin suam defendit, Roman. Pont. Antichristum appellat Catholicos vero eius filios nominat, &c.

CAPVT VII.

SACERDOTES, Parochi cogunt homines ad confessionem ad festum Natiuitatis Domini, sed parum efficiunt, inter cæteros inuentus est quidam vir Nicolaus nomine in Diœcesi S. Stephani maioris, cum hospite sua vidua, qui respuentes cōfessionem, à Parocho Iacobo, hęretici delati sunt, in carcerem truduntur, postea in Senaculo, in præsentia Senatorum, & aliorum ab Administratore & Consistorio examinantur, de S. Sacramento altaris. De intercessione B. V. Mariæ. Nicolaus negauit præsentiā Christi in hostia, B. Mariam dicit non intercedere pro nobis, quia non est assumpta in cælū, anima autem cum careat organis corporalibus, caret & voce. Similiter & de aliis sanctis hæc asseruit. Interrogatus quid de Luca Boleslauino (sic dicto Pikhardo) sentiat? respondit: Est homo bonus, habens gratiam & cognitionem legis Diuinæ. De Fratre Matthia de quo supra tractatū est. Illum dixit esse hominē Sanctum, bonū sed imperfectū. De quondā hęretico Kalenecz dicto, interrogatus respōdit: Homo est habens gratiam Diuinā & Martyr est ob veritatē Christi, à quo cognitionē legis Christi habeo interrogatus quot Sacerdotes in secta sua habeāt. Dixit. Quatuor. Imò & mihi ministeriū reuelandi verbum Dei cōcessum est, sed Sacramenta administrare negatum est mihi.

Ob Sodomiticum peccatum in me perpetratum à quodam Sacerdote Papiſtico, hoc cum fratribus (Pikhardis) confeſſus eſſem, non audeo Sacramenta diſpenſare. Et conuerſus ad populum obſecrabat ne filios ſuos Sacerdotibus Catholicis tradant, ob talem abuſum, &c. tandem cum reuocare nollet, adiudicatur rogo, vna cum hoſpita ſua Clara.

CAPVT VIII.

DUCTI ſunt ergo ſimul ad ſupplicium ignis Anno 1526. feria 4. ante vigiliam S. Thomæ Apoſtoli; accidit inuia, cum præco cauſam mortis proclamaret, quidam nobilis Hinek Perknowky Pragam veniens, ſciſcitabatur cauſam damnationis illorum, quam cum audiſſet, Dixit ſe etiam ita credere, & confortabat illos, tunc à Iudice raptus eſt in carcerem, populus autem clamabat. Non incarceretur nequam, ſed comburatur cum illis. Deductus eſt autem porrò, altera die præſentatur Senatui, poſtea in arcem Prag. vbi tunc comitia habebãtur, ibi induratus homo multa blaſphemabat contra venerabile Sacramentum altaris, tandem ſtipulata manu promiſit ſe ſtare coram Rege proxima angaria, ſed eius proceſſus ad biennium differebatur.

CAPVT IX.

NICOLAVS & CLARA, dum ad ſupplicium ducuntur ante imaginem paſſionis Domini in pariete domus Begardarum pictam, genu flectere aut aliquam reuerentiam facere nolunt, imò cum iam ad ſtruem lignorum perueniſſent, vbi ſignum S. Crucis erectum erat, & à iudice, vt genua flectant & orent, hortarentur, renuerunt, ſed terga ad crucem verterunt, & orarunt, poſtea liberis ſuis valedicentes, (erat enim Nicolao filia, ſimiliter & Claræ) clamauit Nicolaus: In te Domine ſperaui non confundar in æternum, aſcendit ſtruem animoſus, tunc ligatur à carnificibus. Interim quidam Iudæus, qui ad ſpectandum plebi ſe immiſcuit, à pueris vexatur, quod videns Clara dixit: Mi Deus nec Iudæi pace frui poſſunt, qui multo perfectiores ſunt in religione quam vos. Tunc & Clara attollitur & ligatur. Carnifices adferunt multos libros qui Nicolai erant, ſuper illum proiiciunt, & ignem adminiſtrant. Et ſic combuſti ſunt iſti boni hæretici.

CAPVT X.

ERAT autem & alia mulier Martha dicta quæ ſolebat ſuperius combuſtos, in hæreſi confirmare, hæc capta, cum in Senatu ab D. Adminiſtratore & Conſiſtorio de religione examinaretur, multa garrula loquacitate blaterabat, tenebatur in vinculis per totius anni ſpatium, in quo tempore laborabant Sacerdotes multum pro illius conuerſione ſed fruſtra, irridebat enim omnia. Dum ita obſtinata maneret, damnata es feria 4. ipſo die Sanctæ Barbaræ Anno 1527. ducitur ad ſupplicium, ante imaginem paſſionis Domini, flectere genua monita, non vult, ſimiliter & ante ſignum S. Crucis extra vrbem, ſed nates vertit, ſicut priores fecerunt, præco cauſam mortis eius pronuntiat, quod contra venerabile Sacramentum altaris blaſphemaret, & à Kalenczio dicto Pikhardo, denuò baptiſmum acceperit, ex hoc Cyatho (quem monſtrauerat) hæc illa audiens, non negauit, & ita vna cum illo Cyatho combuſta eſt.

CAPVT XI.

ANNO 1527. prima Ianuarii indicuntur comitia Pragæ, Imperator Ferdinandus cum coniuge ſua Anna, relicta Vienna Pragam petit, proceres Regni ex omnibus Statubus illum Iglauii ſuſcipiunt, quarta Februarii Rex præſtat iuramentum Regno Pragam veniens cum in die Cathedræ ſancti Petri coronatio inſtitueretur, orta eſt iterum inter Statum Baronum & Equeſtrem contentio, de portandis armis Regalibus, coronæ videlicet, Sceptri, pomi & enſis, ſicut in coronatione Regis Ludouici. Ferdinandus committit enſem Equeſtribus vni, quem ipſi elegerint ſine præiudicio illius, ad quem officium hoc iure ſpectabit. Coronatus eſt autem Ferdinandus

dus ipso die S. Matthiæ Apostoli, ætatis suæ anno 25. altera die Anna Coronam suscepit. habita sunt in foro antiquæ Pragæ hastiludia &c. Rex cupiens concordiam plantare, tollit omnes lites & iurgia inter status orta. Feria 4. post Oculi Rex versus Morauiam & Silesiam proficiscitur, anteramen constituit officiales, qui interim Regimini præessent. D. Leonem Burgrauium, Dominum Iohannem à Vattemberg. D. Sebastianum à Weitmuhl. D. Henricum Hlozek, quibus serio mandauit vt Pragenses & illos exules reconciliarent, sin minus efficere poterint, rem donec redeat differrent. Pragenses nouum quiddam fingunt, faciunt enim litteras cum magno sigillo Vrbis, & Senatus, Seniores populi totaque communitas contra exules coniurant, ciues aliquot non infimę sortis apprehendunt nempe. Venceslaum Sowa Modestum & Iohannem Sliwka, Hunc Sliwkam tormentis afficiunt, ob scripta aliqua, quæ Regi tradidit, ac si faueret exulibus, nouumque tumultum Pragæ contra Senatum excitare intenderet. Vt noctu domus omnes effringerentur & homines ibi occiderentur, in quarum foribus funiculi pendentes non inuenirentur. Apprehensæ sunt etiam duæ matronæ Dorothea Rategska & Susanna Frankowa, quod illæ funiculos illos pararent. Sliwka secundo examinatur, it rumor, quod in foro capite plectetur, nam in Prætorio sacrum audit, confitetur, & hostiam sumit. Pragenses pœnitudine ducti, captiuos emittere meditantur, sed nesciunt quomodo, instruunt alias plurimas matronas, multos nobiles simul etiam Administratorem cum Consistorio vt congregati, pro liberatione captiuorum peterent, quod cum fecissent, libertatem obtinuerunt,

CAPVT XII.

REx ex Wratislawia Pragam redit dominica Rogationum, post S. Vrbani Senatum innouat, necessitate magna actus Viennam petit. Ciuis quidam Pellio in Noua Praga, habebat famulam, quæ infirmitate correpta sudabat sanguinem, & aliquoties in extasim rapta, post rursus ad se reuersa, mirabilia loquebatur. Causa tam repentini Regis discessus erat, quod præcipui Barones Hungari cupiebant Ferdinandũ, & se illi subdiderunt, cæteros ense subegit, Ferdinandus Budam venit. Tunc ante festum Assumptionis B. M. Virginis nunciatur Pragam, quod Regina enixa esset puerpera Maximilianum filium, pulsantur Campanæ, explodunt tormenta bellica cantatur te Deum: gaudet omnis populus.

CAPVT XIII.

FErdinandus significat Bohæmis, qualiter Hungaris Comitia Presburgam indixit, quo ex omni Statu, Prælatorum, Baronum, & Nobilium venerunt, Regemq; salutarunt, Comorn vi accipit, similiter & Tatam sic dictam arcem, Strigonium, Albam, Budam, hic ipso die Assumptionis B. M. V. in Ecclesia B. V. sacrum audit, in arce prandet, & in solio Regio requiescit. Actum 1527. in vig. S. Barthol.

CAPVT XIV.

ANno isto feria II. post S. Michaelem Archang. Rex alias Boæmis mittit literas, quibus notum facit, fugam Iohannis Stephani ex Regno. Et Coronationẽ Ferdinandi & Annæ in Buda, Stephanus in Poloniam venit ad Sigismundum Regem Poloniæ qui sororem Stephani duxit in vxorem.

CAPVT XV.

EOdem anno pridie S. Crispini, visa sunt varia Chasmata in nubibus, veluti faces ardentes, viri armati dimicantes, trabes igneæ, enses &c.

Rex mandati pristini sui memor, de reconciliatione exulum cum Pragensibus, iterum aliquot mandata mittit, modo locum tenentibus, modo Senatoribus, communitati & Administratori cum consistorio, nihil tamen efficit, donec ipse Viennam anno 1528. feria 4. post Palmarum rediisset. Feria V. magna cænæ Domini Rex ex more pauperibus pedes lauat, Eleemosynaque recreat, ex innata pietate erga Deum.

CAPVT XVI.

HIc author incipit historiam de expugnatione Romę, & captiuitate Regis Franciæ, per Carolum V. Imperatorem Romanorum.

CAPVT XVII.

DIcit author de apparatu bellico, & qualiter Summus Pontifex, alloquutus est Senatum Populumque Romanum, ne quis vrbe exeat, aut quicquam asportet: dicit enim se iam habere copias militares in Florentia & Neapoli, quibus facillime hostem vincere & fugare potest, si vero opus fuerit, velle se & propria manu hostem propellere. Quibus pollicitationibus Senatus populusque Romanus, animosiores facti, copias militares expectant.

CAPVT XVIII.

ANno 1525. Quinta Maii. Cum exercitus Rom. Imper. vrbi Romæ appropinquaret, tum Legatos Senatui Populoque Rom. mittunt, rogando ne se rebus Pontificiis implicent, contra quem solum expeditio hæc constituta est, si rebus suis consulere volunt. Senatus verò populusque Rom. breuiter responderunt, se paratos esse pro Papa & sede Apostolica dimicare: monuerunt legatos ne vrbem hostili acie infestare præsumant. Hostis vesperi vrbem aggreditur, altera die summo mane Hispani applicatis scalis muris, ascendunt, inter quos princeps Borbonius primus erat, qui & Globo maiori traiectus interiit, facta tamen prius confesione, semihorulam enim adhuc superuixerat. Pontifex cum Cardinalibus 13. aliisque Prælatis & præcipuis fugit ad castrum S. Angeli, parum tamen absuit, quod in manus militum incidisset. Interim vrbs capitur diripiuntur bona optima, partiuntur spolia opima, ita quod auri, argenti, gemmarum vnionum seu Perlarum, vestium preciosarum abundans copia fuerit, it vt milites illa portare fastidirent, & reliqua militibus Columnensibus verò venientibus relinquerent. Castum S. Angeli obsidione cingitur 14. Maii. Pontifex cum suis cardinalibus, cui fetuor militum non placebat, videt manifestum periculum instare, se certis tamen conditionibus Cæsareis tradit, vt sequitur.

1. Vt Neapolim incolumes deportentur, illinc verò quo placuerit.

2. Vt Pontifex statim militibus Germanicis numeret & soluat pro stipendio ducatos centum millia, post dies duodecim tantundem. Et vt ex tribus Ecclesiis exigat quinquaginta millia, pro militibus præsidiariis, castrum S. Angeli, cum omni munitione & machinis bellicis, cædat, ciuitates antiquam Sportam, Parmam, Placentiam, Mutinam reddat.

3. Vt Cardinali Columnensi officia, dignitates honorem & ditiones ablatas, restituat.

4. Vt Columnenses, & totum Imperatoris exercitum, à mulctis, pœnis, quas ob infestationem Sedis Apostolicæ, incurrerant absoluat.

CAPVT XIX.

ANno Domini 1528. Dominica tertia post S. Stanislai, regina Anna pragam appropinquat cui Rex vsque ad Monastrium Slauorum obuiam procedit, & ad Arcem Pragensem comitatur. Quæ postridie octauæ Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli peperit filiam quæ nomen Annæ in S. Baptismo accepit. Rex Ferdinandus indicit diem iudicii Pragensibus cum Proscriptis, feria v. post festum S. Iohannis Baptistæ, Ciues proscripti, postulant contra Pragenses, testimonia multa, à Pragensibus depositionē literarum Regis Ludouici, & protocol. Senatus, & alia multa. Rex sub Saluo conductu iubet exulibus Hlawsoni, M. Venceslao Danieli, Pra[illegible] ad sua bona redire, Pragensibus autem nempe M. Pasconi, Zikoni, Karbano aliis[illegible] mandat ne hos molestare, aut quocunque modo infestare præsumant. Exules Pragam veniunt in curia à Pragensibus hæc exigunt.

1 Vt illis honorem ablatum restituant.
2 In bona libere intromittant
3 Damna accepta in bonis reddant.

Pragenses hæc facere nolunt, possidere autem sua bona non vetant.

CAPVT XX.

REx Ferdinandus eligit alios commissarios pro compositione litis. Primo agitur cum Pragensibus vt in gratiam Regis studeant vnitari, quod si fecerint, Regem habituri semper propitium, præsertim si pacifice simul vixerint, Pragenses immobiles perstant, & vrgent sententiam à Ludouico latam contra proscriptos, abscedunt [illegible] vocantur exules, intelligunt voluntatem Regis, submittunt se, & Regi, honorem, bona & se totos Regi concredunt, sed ob pertinaciam Pragensium nihil determinatur. Dum Rex vult decisionem iure facere, citantur Pragenses literis Regiis, exiguntur testimonia, Pragenses dicunt esse impossibile vt contra se ipsos testificari possint, ascendunt arcem veniunt in Cancellariam, insimulant supremum Cancellarium, ac si ille contra Regis voluntatem illo nomine testimonia vrgeret, tandem coacti parent.

CAPVT XXI.

PRagenses animaduertentes Regis zelum & feruorem in religione, venātur eius gratiam noua Tyrannide, Anno 1528. die S. Augustini educunt alios duos Hæreticos germanos, vnum Lagenarium alterum Cingularium, damnatos ad rogum, Lagenarius publice fassus est quod alterauerit Baptismū, nec illum pœnitebat, addidit & hoc, prophætando, quod in die S. Iacobi visionem in somnis habuerit, quam ob inanem gloriam reuelare nollet. Suadet tamen omnibus, vt relicta Praga alio quantocyus migrent, imminere enim tantam cladem Pragæ, quanta erat Sodomæ & Gomorrhæ, & Hierusalem, sic combusti sunt.

CAPVT XXII.

DIcit iniuriam factam combustis & siquidem Lagenarius iterationem Baptismi confessus sit, ergo Baptismum credidit & professus est. Addit author nunquam audisse aliquem Catholicum pro fide mortem aut Martyrium subiisse.

CAPVT XXIII.

REx Ferdinandus ad instantiam ciuium Pragensium Senatum innouat, & vnitatem ciuium dirimit, ita vt alii Senatores antiquæ vrbis, alii Nouæ eligerentur, actū est hoc anno 1528. postridie Natiuitatis B.M.V. per D. Adamum de Noua Domo supremum Cancellarium Regni Bohemię, tum depositi sunt illi superbi gigantes, & in locum illorū substituti sunt homines omni laude digni. Hinc perexit Rex in nouā Pragam ibi à ciuibus cum vexillo plausibilis suscipitur, in Curia nouū Senatum firmat omnis populus clamat Dies est lęticiæ. Quia surrexit Carolus Quartus à mortuis, postea Te Deum laudamus. Eo adhuc die expediunt aliqui Pragenses magnam frequentiam ciuium ad Regem cum graui comminatione impendentis mali ob vrbium diuisionem, non placebat enim illis singularis Senatus Nouæ vrbis, Noua vrbs vero gaudebat de restituta libertate.

Rex breuiter ablegatis nomine cōmunitatis dicit. Hoc volo sic iubeo sit pro ratione voluntas. Quicunq; posthac contra ierit, vel sollicitauerit, priuationē bonorum, famæ & vitæ incurret. Hic finem accepit illa processio publica quam singulis annis Pragenses per vrbem habere solebant cum vexillis in die S. Fælices & Adami ob constitutam vnitatem duarum vrbium.

CAPVT XXIV.

DVrabat ille tumultus Pragę per quadrienniū, Rex stabilita pace rursus Viennā

proficifcitur, mandat tamen Domino Leoni D. Adalberto à Pernftein D. Adamo Cancellario, & D. Iohanni à Vattemberg, vt adhuc tentent quomodo Pragenfes cũ exulibus concordare & in amicitiam reducere poffint, Senatus nouiter electus fatis humaniter fe exhibet, at fine Perfonis à rege citatis, Pafcone & aliis, quos res concernit fieri non poffe

CAPVT XXV.

REx iterum Pragam fcribit, hortatur Pragenfes ad concordiam, Pragenfes cõuocant communitatem, in vtraque vrbe eliguntur quatuor perfonæ ex profcriptis ciuibus, qui tractationẽ pacis tam pro fe quã pro cæteris finire debent, communitas eft contenta, turbatores pacis nituntur rem impedire, apparent ergo ex illis exulibus quatuor Pragæ, fed Parochi aliqui Dominica palmarum execrantur non faltẽ illos, fed omnes, quicunque cum illis familiaritatẽ aut conuerfationem, loquendo, comedẽdo, bibẽdo &c. habuerint, illifq; communionẽ cœnæ Dominicæ interdicit illo anno Hyemali tempore, chafmata & milites pugnantes in nubibus, & alia multa, fæpè vifa funt, Interim illi quatuor præcipui ex profcriptis, folerter cum Pragenfibus tractant, quomodo tandem iuxta Regis fententiam bona pace frui, & ad coniuges liberos redire, domos fuas quiete inhabitare poffint. Pragenfes antiquæ Pragæ conuocant populum fuæ vrbis in Prætorium, quod Nouo Pragenfes in fua vrbe fimiliter faciunt idq; feria IV. poft Quafimodogeniti, in antiqua Praga populus tardè ifque paucus conuenit, Nouæ verò Pragæ communitas in fuo Prætorio iam conuenerat, hoc exules exploratum habebant petunt itaque à fenatu veniam, vt interim Nouam Pragam irent ibiq; de fortuna fua cum Senatu & Populo agere pofsint, impetrãt veniam, abeunt, afcendunt Curiam, rem proponunt, Communitas nouæ Pragæ, annuit omnia, & totum negotium Senatui tradit, Senatores fufcipiunt familiariter illos ciues. Hi fic recreati redeunt in curiam antiquæ Pragæ, vbi communitas nondum conuenerat, dilata eft hæc tractatio ad diem tertiam, illa adhuc die nouò Pragenfes congregati, mittunt certas Perfonas ex Senatu & Seniorib. Populi in antiquam curiam, & retractant reuocãtque illum contractum & articulos, libro primo fupra, cap: 25. conftitutos.

CAPVT XXVI.

STatuta die cogatur tota communitas in curiam antiquam, Pafca verò infirmitatem fimulabat, attamen eò portabatur, inuitus, vbi & eius complices adeffe coacti funt, eadem hora litteræ à Supremis Dominis officialibus Regni allatæ funt, declaratur animus Regis, caufa exulum, Pafca verò primum mouet turbas gratia illorum articulorum, iam abiectorum reducit in memoriam & grauem pœnam videlicet profcriptionis, exilii & amifsionem famæ &c. qui contraierit, cui aftipulatur fui parafiti, & fœdere iuncti. Adfunt tamen qui fententiam Nouæ ciuitatis, repetebant, quæ de libertate acquifita gaudet, illos articulos refpuit, & abhorret. Quod fi quis vnionẽ harum iam poteftate regia feparatarũ follicitare præfumit, faciat pro feipfo & nomine expreffo, non nomine vrbis. His perceptis Pafca afininas aures demifit, fed admurmurantibus quibufdam, dixit conful: Sumus ne nos meliores Deo, aut hi exules peiores Dæmone, tunc nõ audiamus illos, aft Deo meliores non, nec illi Dæmone peiores, Deus Dæmonẽ audiuit cur nos hos non volumus audire? His dictis, exules intromifsi funt, & Dominus Hlawfa principalis ex illis orationem orditur.

CAPVT. XXVII.

IOhannes Hlawfa verba facit ad Senatum, captat beneuolentiã, conqueritur de fua & fociorum iniuria, memorat litteras Regis Ludouici, interceffiones multorum magnatum, tum & Ferdinandi Regis mandata aliquot pro fe fociifque fuis exulibus dicit fe promptum ad refpondendum iure, à quocunque accufatus fuerit, de omni iniuria, loquitur etiam de vtilitate concordiæ & damnis difcordiæ. Pafca filet ad omnia, ac fi non adeffet, vel attenderet, dumq; orationem ad meridiem protraxiffet, Conful, refpondet breuiter & differt rem ad aliam diem, donec cum Senatoribus nouæ Pragæ conueniant.

CAPVT XXVIII.

QVarta die Exules rursus in Senatum Nouæ Pragæ veniunt, & orant, si quidem communitas illa negotium determinandum Senatui cessit, ne diutius mandatis Regis intercessionibusque Dominorum commissariorum refragentur, Senatus responsum dat, rem tanti momenti esse, quæ deliberatione magna indigeat, idq; sine collatione antiquæ Pragæ Senatu fieri non posse, ne quid contra honorem, æstimationem, & mutuũ contractum fecisse videantur NB. Antiquitus solebant ex Noua Praga in antiquam appellationes facere, tamquam ad superiores.

CAPVT XXIX.

REx Ferdinandus erat eo tempore Linczii. Quem Hlawsa nomine sociorum exulum sequutus est, postquam Pragæ nihil obtinere valeret, Rex considerans tanta contumacia Pragensium, dat omnibus exulibus libertatem redeundi, ad propria, & habitandi Pragæ & vbicunque, conuersandi, exercendi vt antea, Pragenses perceptis literis Regiis beneuolentia erga exules refertis, conuocant communitatem, publicant literas de saluo conductu & cassatione contractus mutui, nemo contradicere audet quicquam præsertim nouo Pragenses: Antiquę verò Pragæ consules id præpedire nituntur, ablegant certas personas Budouiciũ ad comitia pro confirmandis articulis de quibus superius diximus, in quibus religionem prætendebãt, Rex & Status intelligentes astutiã, cassauit illos, Administrator & Parochi incipiunt nouas turbas, & interdicunt conuersationem, necessitudinem, commertium, cum comminationibus & censuris Ecclesiasticis. Populus autem illas nihili facit, & ab conuersatione cum exulibus non desistit.

CAPVT XXX.

GAllus Cahera administrator furia actus, à suo malo proposito cedere non vult. Budouicii Comitia celebrantur, anno 1529. die S. Kiliani. Tractatur de cõmuni bono totius Regni, inter cætera fit mentio Administratoris, de quo iam Rex multa mala audiuerat, cui displicebat, mittit itaque Rex nouas literas Pragensibus, vt Administratorem & Parochos à conuitiis abstrabant, quod si tunc sibi temperare à talibus noluerit, vt in illum & in illos, tãquam Regii mandati comtemptores animaduertant. Dum literæ hæ in senatu leguntur, tum ecce veniunt duo Parochi, missi ab Administratore ad Senatum, significantes, quod in Die S: Laurentii Administrator Processionem publicam instituere in animo habeat: Consul interrogat de Administratore vbi sit, qui dicunt illum modo non esse domi, datur illis transumptum illarũ literarum, vt quantocyus Administratori illud porrigant. Processio interdicitur nomine Regis, acta sunt hæc anno 1529 d. S. Osualdi, sic ab illo die cessauit illa processio, postquam turbator pacis Administrator eiectus est, qui in Misniam veniẽs, deposito habitu & officio, duxit vxorem, quandam iuuenculam, anno, 1531.

CAPVT XXXI.

ANno 1529. in Autumno, Stephanus Coronatus Rex Hũgarię, sed Regno pulsus implorat auxiliũ Turcę, qui mox vocatus adest, Hungariã cum exercitu valido deuastat, sed Hungari semper inconstantes à Ferdinãdo deficiunt, Turcæ se subdũt Buda capitur milites præsidiarii cędũtur pergit vlterius Strigoninm, Antiqua castra venit in Austriã circa festum S. Venceslai cladem & damna magna infert, Viennam obsidione graui cingit, ciuitatem infestat pontem occupare nititur, cuniculis subterraneis ingredi tentat, omnia tamen frustra, nam ponte animosè & strenuè propellitur, in curriculis obruitur, in quibus 2000 suffocantur, itaque Turca postquam tribus septimanis Viennam territasset cum ignominia terga dat. Exercitus verò numerosus qui ex diuersis partibus in auxiliũ Regi (qui tunc Linczii manebat) venerat, Znoimæ parum refocillatus dimittitur.

CAPVT XXXII.

ANno 1530. Rex Ferdinandus renouat literas Pragensibus, causa exulum, tunc

primum pro amicis suscipiuntur aliqui tantum, reliqui ab Administratore de articulis fidei examinantur, modestius tamen quam antea.

CAPVT XXXIII.

CVm itaque Regis voluntas, Mandata, Commissiones aliaque media, nihil efficere valerent. Rex Pragæ degens, citat sæpè nominatum Pasconem coram se, feria III. post Iudica incipit illi exprobrare quędam eius delicta præsertim, inobedientiam Regi Ludouico & sibi, quod fuerit semper in omnibus contrarius, Pasca tanquam vulpes, sentiens rete, & nolens intrare, vulpinatur. Rex hac vice illum dimittit, donec plenius edoctus & certius instructus. Quarta dehinc die iterum aduocatus adest, cui Rex aliquot delicta obiicit.

1. Primò. Quod Administratorem attinet, qui seditiones & tumultum contra Regem excitare volebat, in concionibus sæpè populo inculcando, qualiter Pragenses Regibus suis dominarentur ita & nunc si vnanimes fuerint, nec iste Rex illis quicquam mali inferre poterit, hæc tu qui Primas vrbis esses, prohibere debebas, sæpè à nobis literis monitus, tu verò conniuebas illi & concionibus eius interfuisti & hæc approbasti.

2. Secundò. Cum quędam disceptatio orta esset inter Dominum Sswihowsky & Ducem Bauarię, qui Sswihowsky Regem Ludouicũ rogauit, vt illius consensus in districtu Pinsnensi, exercitum colligere posset, at si res ad arma deueniret, Duci resistere valeret, quod Rex Ludouicus illi concessit & ciuitatibus aliquibus illius districtus hac de re scripsit. Cum vero ex aliquibus ciuitatibus consules Pragam, cõsilium capiendi gratia venissent vtrum Regi hac in parte obedire deberẽt, nec ne? Tum tu respondisti: Si Regi morem gerere vultis, non opus est vobis nostro consilio. Sin autem nobis obidere placet, & consilio & auxilio vobis erimus. Tali tuo responso in nihilum literæ Regis venerunt.

3. Tertio. Praga diuisa est à nobis vt sint duę ciuitates iuxta constitutionem Caroli quarti, à nobis quoque seriò, interdicta est, vnionis sollicitatio, tu verò ausu temerario animos ciuium nouæ Pragę ad vnitatem flectebas & mandato constitutioni firmę etas contrarius.

Ad hæc Regis obiecta, Pasca quid responderet non occurrebat, negare non potuit, sed in commodum Regis & vrbis esse hoc factum dicebat. Statim ex mandato regio, afferuntur duæ literæ eiusdẽ tenoris, quas vocamus, rzezana cze duie, Quarum vna, Domino Iohanni à Wattmberg supremo Regni Burgrauio, altera verò Pasconi porrigitur. Quibus literis hęc comprehẽdebãtur. Quod Pasca obiecta à Rege non negauit, sed confessus est, & stipulata manu promisit, quod vult in spatio duarum septimanarum, Praga migrare, in illa non morari, nec vnquam redire, nisi ad ius, si tamen aliquod habuerit, eo absoluto vltra tres dies non moretur, nullibi cum quoquam hominum cõgrediatur, aut ab aliquo consiliũ capiat, aut communicet. Secundò quandocunq; à Rege aut à Burgrauio supremo, quocunq; citatus fuerit, & sibi ante quatuor septimanas significatum fuerit, debet comparere. ab istis conditionibus à nullo absolui potest nisi à solo Rege, porrecta manu Pasca rogauit vt sibi Pragę habitare indulgeat, ob suam canitiem, dibilitatem, vbi & à teneris degebat, & amici, maiores filiusque vita functi requiescunt, ibi & ille quiescere cupit. Rex verò non admisit preces, ob eam causam, siquidem & ille canitiem ciuium, commorationem à teneris hic, cum eum flexis genibus deprecarentur, attendere noluerit.

CAPVT XXXIV.

FEria II. post Rogationum, citantur reliqui ciues exules in curiam antiquę Pragę vbi Senatus, Seniores populi, & Administrator cum suo consistorio congregati erant, tum pro bonis Christianis declarantur, & communitati restituuntur, qui his non contenti conqueruntur, de diffamatione graui, siquidem ausi fuerit illos per ciuitates, pro homicidis & nequissimis hominibus, literis declarare simul etiam Parochi è suggestu ad populum latrabant, hoc intollerabile illis videtur, prę sertim cum habeant coniuges & liberos, contra hęc respondit consul, illa quę facta scripta sunt, non pertinent ad vos, sed concernunt illos qui tales sunt, non reputamus vos tales, si vos pro talibus haberemus, non vobiscum ageremus; & sic erant pacati.

CAPVT XXXV.

EOdem anno feria quinta post Bartbolomæi conuocata est tota communitas, in Curiam, vbi coram omnibus, illi ciues, boni Christiani & amici prædicantur, similiter per Ecclesias à Parochis proclamantur.

Anno 1531. in festo Trium Regum Ferdinandus in Regem Sac. Rom. imp. inaugurarur. Eo anno erat maxima annonæ caritas.

Siligo emebatur. 2. ſſs. miſs.
Triticum 1. ſſs. 24. G. miſs.
Hordeum 1. ſſs. miſs.
Auena 18. G.
Pisum 5. ſſs. 14. G. miſs.

Causa tantæ caritatis & inopiæ erat, quod annona distrahebatur in Germaniam circumiacentem, altera, quod Barones & cæteri nobiles, post messem à subditis frumentum vili precio rapiebant, quod rursus rustici à Dominis magno precio emere cogebantur, vixque adhuc habere poterant.

CAPVT XXXVI.

TRactat de Vltione Diuina Tyrannorum quomodo anno 1530. postridie S. Viti, bona Pasconis quæ babebat tribus miliaribus à Praga, scilicet villam, Molendinum illa omnia igne absumpta sunt, vna cum pecoribus & fruměto, postea coniunx & filia moriuntur, tandem & ille vltimum clausit diem sabbato pòst Oculi. De administratore dictum est cap. 30. Thomas Zachlubil Faber, decumbebat sesquialterum annum, conualuit aliquantulum, tunc vna die equitauit in curiam, iudicauit homines, aliquot sententias tulit cùm Senatores descenderent in curia solus remansit, ad secretũ exonerandæ vesicæ gratia venit, cadens subitanea morte perüt, quem lictoris vxor inuenit. Zika Lanio bona amisit, ob debita detinetur in carcere vbi fame attenuatus consumeretur, si non eleemosynis sustentatus fuisset. Similiter Georgius Wezyssek. Alii miserrimè vitam finierunt, in puteis &c.

CAPVT VLTIMVM.

HIc apparet mira potentia Diuina, & quod impoſsibile est apud homines, poſsibile est apud Deum, quis enim vnquam sperasset reditum horum ciuium, dicebant enim inimici eorum: Citius Praga in cineres redigetur, quam exules vrbs nostra recipiet, & si Rex Ludouicus plaustrum integrum & plenum literarum, qui aureis characteribus esset scriptus, mitteret, nibil tamen efficiet. Tamen vltimo patientia victoriam obtinuit.

Sit soli DEO laus & gloria, per infinita seculorum secula, Amen. Finitur fœliciter in vigilia assumptionis B. V. M. in Monasterio Brzewniouiensi, a F. P. L. P. anno 1606.

ADDENDA

Ad pag. 47.

De Carolo electo inferatur: Atque idem die 7. octob. huius anni in Ecclesia Metropolitana ante altare maius à Reuerentiss. & Illustriss. D. D. Antonio Caietano Archiepiscopo Caietano, Noncio Apostolico, assistentibus Coepiscopis Reuerendiss. & Illustriss. D. D. Ioanne Stephano Tenerio Episcopo Vercellensi, qui prius fuit Nuncius, & Ioanne Lohelio Episcopo Sebastiensi, suffragano Archiepiscopi Pragensis, Abbate Strahouiensi & visitatore ordinis Præmonstratensium solenniter est in Archiepiscopum consecratus.

Ad pag. 52. post verf. 42.

Cosmas, Damianus & Gunterus, quorum merita in primo libro, vbi de Polono per triennium Cracouiæ in profundo carcere detento & mirabiliter liberato tractatur, inueniuntur: & hic gratias egit Pragæ Deo ad altare S S. Cosmæ & Damiani.

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN HISTORIA BOHÆMIÆ PIÆ continentur.

Bacus Ottogari aureus f.22
Abbas Strohouiensis 41
Acta in Comitiis Zaslaniensibus, contra Sigismundum de reliquiis: Sigismūdi vicissim in Bohemos retorsio 12
Adalberti S. corpus à Bohemis desideratur 2
Adalberti S. secundi Episcopi Pragensis parentes 36
Adalbertus non vulgaris Bohemiæ patronus ib.
Adalbertus peregrinans 49
Adalbertus S. apparet Episcopo 17
Ad tumbam S. Wenceslai virgo Caca visum recipit 7
Adalberti S. translatio sub Seuero Episcopo Pragēsi 38
Adalbertus S. ab Augustâ Imperatrice Græca multo ære donatus, quod pauperibus in puncto distribuit 49
Adalbertus à Willigiso Archiepiscopo Moguntino inauguratur 36
Adalbertus S. à Neratouicensibus Repotitoribus malè tractatus, nam cum eis non esset soluendo naulum rapuerūt ipsi calceos 8
Adalbertus S. impetrat diu negatam pluuiam 6
Adalbertus cornu armentario à somno excitatur 26
Adalberti mors 15
Adalberti S. corpus eleuatur 18
Adalbertus tendit Romam propter Bohemorū persecutionem 15
Adalbertus S. degit vitam in Monasterio S. Alexii 49
Adalberti S. fratres à Bohemis trucidantur 15
Adalbertus à Bernstein 124
Adelhaidis Andreæ Regis Vngariæ filia & coniunx Wratislai 19
Adalberti periculosa infortunia 36
Adalbertus instituit matrimonium 15
Acta sub Ludouico, Bohemiæ Rege, pientissimo Historiæ Bohemiæ non parum profutura 94
Adamus de Nouâ domo supremus regni Bohemiæ Cancellarius 123
Agnes Premislai soror Abbatissa Monasterii S. Francisci clara miraculis 22
Agnes S. renuit nubere Friderico Cæsari & Regi Angliæ 52
liberalis in Monasterio ibid.
Albertus fœlix contra Turcas 29
Albertus moritur dysenteriâ ibid.
aliquot tumultus Pragensis, causa 94
Albicus Archiepiscopus Pragensis medicus quidem sagax, ast Euclionum pessimus & tantum turpis lucri cupidissimus 46
Albicus officij ratione cum Decano Wissegradensi communicat 46
Alba inferior, à Turcâ obsessa, capitur 118
Alexander Podsvinsky Equestris Ordinis in quatuor partes dissectus 96
Andreas XIIX. Ecclesiæ Pragensis Episc. 41
Andreas Episc. Romā in Bohamiam reuocatur, cuius ope & studiis absurda irrepta interim expurgantur 21
Andreas Metropolitanæ Ecclesiæ præsul cum Rege Bohemiæ reconciliatur 42
postq; nouum incendium cum Rege, Romam fugit, vbi spiritum extremum exhalat ibid.
Andreæ sepultura bipartita ibid.
Anno MCCCXCIX *abundantissima omnium rerum affluentia* 2
Antonius ex Ordine Crucigerorum Archiepiscopus Pragensis, in Concilio Tridentino Orator Cæsareus 46
apparitio S. Matthiæ Apostoli facta Adalberto tum temporis extremè periclitanti 15
Archiepiscopatus Pragensis è iurisdictione Moguntini eximitur, autoritate Clementis VI. Rom. Pontificis 7
Archiepiscopus Pragensis Legatus natus 27
Archiepiscopus Pragensis à peregrinatione Romanâ detinetur 44
Archiepiscopus & omnes Canonici Pragenses vtuntur Rochetis & concelebrantes albis infulis concessu Vrbani Romani Pontificis 64
Archiepiscopatus Pragensis supra centum annos vacauit 46
Archiepiscopus Strigoniensis, iussu Imperatoris Turcici, decollatur 118
Archiepiscopi Moguntini qui suffraganei. 25
Arnolphus Cæsar Suatopluci bona publicat. 12
Articuli in Comitiis Pragensibus à Bohemis & Morauis propositi 109
articuli viginti septem quibus captiui Pragenses fuerunt accusati 104 & 105
articuli viginti in Comitiis Pragensibus propositi 98
Aurifodina Gilouiæ diuitias peperit innumerabiles 7
Augustini Episcopi Sanctuariensis Euclionis turpissimi vox blasphema, porco non homine digna 46
Austut Abbas 49
Auis Aquilæ persimilis defendit Primislai exercitū 4
arx Carlsteinensis erigitur 7
arx Budensis intacta à Turcâ relinquitur 118

B

BAptizatio Suatopluci 51
Barbara, Regina Ciliensis, libidinosa 28
Barones à Quercu 16
Bartholomæus, Custos Ecclesiæ Wissegradensis 83
Bela Rex Vngariæ Primislaum funditus delere conatur 4
Bela Rex Vngariæ cum filio in fugam vertitur cæsis multis Vngaris ac perditione thesauri copiosissimi. ibid.
Bela Rex Hungariæ expugnatur, 16000. homines

trucidantur 22
Bela Rex Hungariæ cum Ottocaro reconciliatur 22
bella à vicinis Germanis excitata propter exustum Husium 112
Bogitschi locus Pragæ vicinus 4
Biela flumen 11
Bilina oppidum 38
Bohemia, propter amplexum Christianismum, fertilissima 2
Bohemi, victis Misnensibus, non nisi XII. ex suis, casos desiderant 3
Bohemicorum priuilegiorum, non est certus numerus. 85
Bohemi inobedientes excommunicantur 15
Bohemi contra Belam Regem Hungariæ miraculosè defenduntur 22
Bohemis dies S. Viti atra, & qua de causa 24
Boleslaus Borziuoii filius 13
Boleslaus Pius primus viginti Ecclesiarum fundator 15
Boleslaus Pius, deuotionis gratia, Boleslauiam ad tumbam S. Wenceslai proficiscitur 2
Boleslaus confecto itinere, grauí somno correptus ib.
Boleslaus Pius S. Wenceslao templum cur & quo in loco condiderit ibid.
Boleslaus Cæcus simulatâ pace, à Polono laminâ ignitâ Cracouiæ excæcatur 16
Boleslaus fratricida multis territus prodigiis à crudelitate paululum deiectus fitque mitior 15
Boleslai interitus miserrimus ib.
bona, in Zabradka, an ad Canonicos Wissegradenses pertineant? 76
bonis redditis excommunicatione liberatur ibid.
brachium S. Viti Wenceslao donatum 14
Bramo Episcopus Olomucensis 22
Borbonius princeps globo transfixus post semihorulam, expirat 122
Borziuoius Hostiuitii filius 12
Borziuoius Dux S. Cyrilli informatione ad fidem Christianam conuertitur 2
Borziuoius cultui diuino deditissimus 13
Borziuoii votum ad B. Mariam virginem 2
Borziuoius a Suatopluco Rege Morauiæ inuitatus solus humi consistere iussus 12
Borziuoius B. Mariæ virginis votum promissum persoluit 2
Borziuoius baptisatur vna cum xxx. famulis 12
Borziuoius, propter religionem Christianam, constans in exilio 2
Bretislaus filius Rusticæ primus Morauiæ Marchio 16
Bretislai Ducis pium mandatum ad subditos 2
Bretislaus in somno, ad extruendum templum adhortatur ab Angelo 17
Bretislaus suis præcepit coniugum delinquentes autem ac inobedientes puniri quam grauissime 3
Bretislai tempore omnium rerum abundantia 17
Bretislai comminatio erga Sacrilegos ib.
Bretislaus vna cum Episcopo a Polonis accusatur 18
Bretislaus depopulatur Cracouiam 17
Bretislaus lethaliter vulneratus multas eleemosynas expendit, quibus præficit Hermannum Episcopum Pragens. 5
Bretislai mors vitaque, anteacta præconia 18
Buda a Turca destructa a ciuibus profugis rursum instauratur 119
Burckhardus a Sulewic 42
Bruno Episcopus Olomucensis ibid.
Bruxienses ex manu & Tyrannide Ziskæ liberantur
dimittitur 5
Burianus Doctor ciuitatis Pragensis Cancellarius 102
Burianus de Sckornicz Secretarius Pragensis capitur 108

C

Cancellarius Pragensis nomine Burianus post diurnam captiuitatem cum XV. ciuibus aliis proscribitur 115
Candelabrum Salomonis, Mediolano transportatum Pragam 21
Capellani, ni docti fuerint, non prædicent 98
Capella S. Margarethæ, Capitulo Wissegradensi donata 83
Cantores, Psalterii, nocturni, diurni seu perpetui –
Captiuum Pragensem Cornu liberat, à suspendio 4
Captiui cuiusdam Monachi miraculum 9
Captiuorum Pragensium, ad obiecta, dilutiones 1..
Carolus, prius Wenceslaus, cur & a quo huius nomen mutatum? 25
Carolus Quartus & Ludouicus Rex Vngariæ dissentiunt, quam tamen controuersiam Carolus IIII. licet Ludouico multo superior, animo pacifico tollit & componit. 7
Carolo Rom. Imperatori maximæ struuntur insidiæ a Francisco Gambacurtha 26
Carolus Quartus iam Mediolani Rex Romanorum creatus, a Pisanis fermè sublatus fuisset ni proditores a Bohemis suis fuissent trucidati 7
Carolus Quartus amator reliquiarum 2
Caroli Romanorum Imperatoris confirmatio seu ratificatio, causa literarum ac libertatum, sub bulla aurea, Ecclesiæ Pragensi concessa 55
Caroli paterna adhortatio ad filium Wenceslaum 27
Caroli decretum contra Electores Imperii simoniacos. ibid.
Caroli Romanorum Imperatoris priuilegium continens libertatem Clericorum, quod videlicet ad opera rusticana compelli non debeant 56
Carolina Sanctio de veteribus placuit in eligendo Rege Romanorum 27
Carolus Cæsar cum Bohemis expeditionem facit in Lombardiam 8
Carolus IV. quando Pragæ coronatus –
Caroli liberalitas & munificentia 25
Carolus in ipsa coronatione nominatus Augustus 25
Caroli in re familiari administranda sedula prouidentia ..d.
Caroli interdictum ad milites 8
Carolus Imperator Francofurti Rex Romanorum salutatur 25
Caroli mors & sepultura 27
Carolus Baro a Lamberga a Rudolpho II. ad Archiepiscopatum vocatus & a Paulo V. Romanorum Pontifice confirmatus est 47
Capitulum Wissegradense 6
Capistranus summus ex Italiâ concionator 10
Carthusianorum Pragæ monasterium 24
Castrum Wissegradense quamobrem destructum sit? 118
Castrum S. Angeli captum, Papa certis conditionibus a Cæsare recipitur in gratiam 122
Castigatio iustissima ad Gallum administratorem Pragensem, hominem, non fide, sed Alchore & carnis, ce continentem 115
Catharina templum Pragæ cur a Carolo IV. extructum 7
Cœnobium S. Hieronymi fratribus Sclauonicis extruitur ?
Catharina S. propugnatrix Caroli IV ib.

Cathedra-

Cathedralium aliquot Ecclesiarum, Cœnobiorū horumq́, Officiariorum numerosa Enumeratio 52
Cælestini Papæ priuilegium ad Ecclesiam Wissegradensem, quæ certa quapiam pecuniæ summa Romanæ Ecclesiæ obligata sit, &c. 74
Chorus in Ecclesia D. Thomæ, ob maximum concursum festo Ascensionis Christi, confringitur vbi maxima hominum multitudo ruina opprimitur 96
Christophorus à Swamberg 114
Clodomirus Rex Francorum 49
Collegium Carlsteinense 26
Ciues antiquæ & nouæ vrbis, Pragæ conueniunt quando de constituendo Imperio deliberant 97
Cingularius & Lagenarius hæreseos à Pragensib. accusati ad rogum damnantur 123
Citka Regina 39
Collatio prebendarum spectat ad collationē capituli, iuxta priuilegium Innocentii Papæ 75
Comorra, Tata, Strigonium, Alba, Buda à Ferdinando occupantur 121
Comitia festo S. Agathæ indicta 97
Comitiorum Pragensium articuli 108
Comitia Pragæ denuo indicta & à Carolo ViceRege in arce inchoata 108
Confessio citatorum Pragensium ad Administratorem Contorea & irrita quia coacta 111
Confirmatio priuilegiorum Ecclesiæ Pragensi facta, per Iohannem Ecclesiæ Pragensis Regem 61
Confirmatio priuilegiis facta à Premislone 3. Bohemorum Rege 74
Confirmatio priuilegii Otthogari de donatione Zabrudki, ab Innocentio ratificata 76
Cochanus à Bratislao captus, & post ingentes cruciatus decollatus est 16
Confirmatio, Innocentii Papæ, de donatione Villæ in Sodkowicz facta Ecclesiæ Wisegradensi 83
Commissarii Regii ad comitia Pragensia 99
Concilium Constantiense 28
Comitia Wormatiensia 14
Contentio Pragensis bipartita 98
Contentio ordinis Equestris, in coronatione Ferdinandi, de portandis armis Regalibus quam contentionem Ferdinandus diremit 120
Coniuratio Senatus Pragensis contra exules 121
Conuentus Ratisbonensis 28
Conuentus Viennensis Maximus 96
Conuentus ab Henrico Rege celebratus Moguntiæ huiusq́, acta 19
Cosmas postea Rotardus octauus Præsul Pragensis 38
Copia priuilegiorum & confirmatio libertatum concessarum Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensi 88, & 89
Consuetudo offertorii damnata 29
Corona Regia, in Ecclesia Carlsteinensi, asseruatur 7
Cosmas Decanus postea Episcopus Pragensis inter lectionem sacram apparitionem habuit viri gestantis facem ardentem 3
Cosmas auctor historiæ Bohemicæ ibid.
Couwatawa Friderici Ducis Regina eiusq́, donatio, Ecclesiæ Wisegradensi facta, &c. 74
Chunegundis Reginæ tenor priuilegii super donationem, Ecclesiæ Wissegradensi, factam 78
Cosmæ Episcopi Pragensis, cum apparitore suo, prolixum de Gaudentio, colloquium 3
Conradus ex Decano factus Archiepiscopus Pragensis, pestis & Corruptela Archiepiscopatus maxima 46
Crocus Princeps Bohemorum laudatissimus 11
Crux S. Iohannis Iuano S. donata pellit Cacodæmones 40
Cur lege communi apud Bohemos cautum ne quis passorum curru sed lori agitatione signum det 8
Cratetzka ciuis Pragensis homo temerarius & audacissimus 69
Cyrilli S. Cadauer, eleuata dextera, ostendit se malle Romam quam in Morauiam transportari 51

D.

Daniel decimus septimus Ecclesiæ Cathedralis Pragensis Episcopus folio 41 propria authoritate Episcopatum occupat Ibid. Clarus renuit qui tamen eundem restituto iure Electionis, administrationeq́ Danielis confirmat ibid.
Daniel Episcopus Pragens. in somno, per auem incognitam, monetur vt claustrum pro cisterciensibus erigat 5
Daniel decimus tertius Episcopus Pragensis 39. Friderico Cæsari in componendis dissidiis Consiliarius ibid. Incidit in infortunium ibid. peste corripitur. ibid. Apparet post mortem Abbati ibid.
Damnatio Erroris quod Deus personalis concludatur in Monstrantia 113
De casibus & seditionibus communitatis Pragensis 94
De Choralibus littera Regis Wladislai, à serenissimo Rege Ludouico confirmata 69
Deliberatio terminorum fluuii Zazana, &c. 72
Deodatus Episcopus Pragens. 6
Deodatus Adalberti in Episcopatu successor 37
Deodatus verus Adalberti imitator 36
De ligno Domini ac aliis reliquiis permultis, quas Carolus ex vrbe Treuirensi attulit, Testimonium ipsius Caroli Romanorum Imperatoris 58
Delicta ob quæ tam multi ex vrbe Pragensi proscripti sunt 113
Delictorum Pasconis Enumeratio specifica vnacum exprobratione Regis Ferdinandi 126
Dæmonum Querela de S. Vito 48
Dniowitz pagus Pragensis 6
Descriptio Erectionis & fundationis Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis 35
Dies gestationis corporis S. Adalberti celeberrimus 18
Die S. Catharinæ sacro in Bohemia ventus horribilis 9
Digitus Index S. Iohannis annuatim populo ostenditur 4
Dijmkowa vxor Pistoris Pragensis cur in carcerem detrusa 104
Diocletianus S. Vitum conicit in carcerem vbi liberatur diuinitus, Christo & Angelis illum visitantibus 48
Discordia, inter prepositum, Decanum & Capitulum Ecclesiæ Wissegradensis, sublata 78
Dithmarus Canonicus Magdeburgensis factus Episcopus 15
Dithmarus primus Bohemiæ Episcopus quando electus & mortuus 35
Diuinæ benedictionis ac singularis vbertatis in regno Bohemiæ descriptio hincq́, ob gratiam, ad vberiorem pietatem auctoris adhortatio 1
Drahamira ob ingentes blasphemias & diras execrationes cum Equis & curru terra hiatu absorbetur 13
Drahomira Lucensis, Wradislai coniux Iezabele immanior 13
Dobromiliam & Salislauiam mulieres prædiuites

5. Procopius in somnis monet vt domum suam Deo obferant, id quod in puncto praestiterunt 5
Dominus Leo, cum Principe Carolo & Pragensi populo denuo conciliatur 99
Donatio, Ottogari Regis Bohemiae, facta capitulo Wissegradensi 81
Donationis Ottogari, Confirmatio Wenceslai quarti Bohemorum Regis & Ottogari senioris filii 82
Dorothea Rategikia 122
Doxana Monasterium & Henrici decimi sexti Episcopi Pragensis sepultura 43
Duo Diaboli quid concionati fuerint 9
Duorum coniugum plaga, ob absconditum Sacramentum Eucharistiae 6
Duo Canonici Archiepiscopo concelebrantes vti possunt infulis albis in prouincia & partib. legationis, permittente id Rom. Pontifice 64
Duringi suspendium 12

E.

Ecclesia Pragensis, Bohemiae domina & reliquarum Ecclesiarum Magistra 35
Ecclesia S. Viti exusta restauratur 5
Ecclesia Pragensis à Iurisdictione Moguntina liberata & in Metropolitanam conuersa 44
Ecclesia S. Mauritii 18
Edictum senatus Pragensis sex & viginti articulis inclusum 103, & 104
Elisabetha Friderici Roman. Imperatoris coniugis votum 4
Elisabetha votum persoluit ibid.
Emendatio terminorum in bonis Canonicorum fluuio Zazaue in districtu Craloucensi 72
Episcopus capiens in gramine somnum, à pastore, tornu perterritus, pro quo scelere pastor obmutuit 8
Episcopatus Moguntinus quando & per quem in Archiepiscopatum exaltatus 25
Equus Argenteus è terra visceribus defossus 15
Erasmus Roterodamus eiusque dogmata 99
Ericus Rex Daciae vincit Eduardum Regem Britanniae 49
Ernestus primus Archiepiscopus Moguntinus 25
Ernestus à Parduwitz Archiepiscopus Pragensis 44, ad corrigendos defectus libellum vsurpauit in quo eosdem consignauit ibid.
Exauctoratio Ducis Bohemiae per Fridericum Rom. Imperatorem ac quid inde subsecutum sit 4
Exordium Historiae de expugnatione Romae & captiuitate Regis Franciae 122
Expoldus Abbas Monasterii Sedlicensis 39
Ex Praga noua ad antiquam tanquam ad superiorem iudicem, instituta appellationes 125
Extranei à consequendo in Bohemia, beneficio à Wladislao excluduntur 21
Exules Pragenses denuo reuocati ex exilio 127
Exulum Pragensium, à pellentibus tria postulata 123
Ezechius Croatinus studiosus vitae Eremiticae 18

F.

Famula cuiusdam Pellionis Pragensis, extasi correpta loquitur mirabilia 128
Ferdinandus filius Regis Hispaniarum Carolo 5. Imperium deponente, ab Electoribus subuehitur 38
Ferdinandus bene affectus erga clericos 32
Ferdinandus clero constituit stipendia 32
Ferdinandus multos reditus a Praedecessoribus suis oppignoratos redemit 32
Ferdinandus Noua Praga cum summa ciuium exultatione comparatur Carolo quarto 125
Ferdinandus Promotor Concilii Tridentini 38
Ferdinandus contra Turcas bellator strenuus ac felicissimus 31
Ferdinandi Encomia diuersimoda 38
Franciscus Gambacurtha captus ac vna cum 5. assecliis rapitur ad supplicium 26
Franciscus Gambacurtha animi falsissimi & perfidissimi erga Carolum 75
Franciscanorum in Bohemiam aduentus 21
Fridericus Dux Bohemiae, ob Aulico suo cuidam, concessum pagum, Ecclesiasticae ditionis non solummodo grauatur à S. Petro noctu obiurgatus, verum etiam ad restitutionem illius pagi, verberibus acerbissimis à D. Petro, coactus est 6
Fridericus decimus quartus Episcopus Pragensis 40
Eligitur Bohemis renuentibus ibid.
In gratiam regis admittitur ibid.
suos locupletat, ibid. Bohemos contra se concitat, ibid.
Moritur senio confectus ibid.
Friderici Ducis tenor priuilegii super donationem quandam Ecclesiae Pragensi factam 75
Fuga, ex Regno, Iohannis Stephani 121
Fundator, Ecclesiae Wissegradensis, Wratislaus primus Rex Bohemiae 70

G.

Gallus Gaberus Administrator quamobrem populo Lutherum tam serio commendauerit 108
Gallus Crabera Administrator Cleri Bohemici 99
Generalis omnium Bohemicorum priuilegiorum ratificatio Sigismundi 2. 98
Generalis Confirmatio omnium, Ecclesiae Pragensis, priuilegiorum facta à Sigismundo Imperatore 68
Georgius Loparskis vnus ex Bohemicis Proscriptis moritur in carcere 117
Georgius Dux Bohemus, Ladislai priuilegia, tum reliqua Ecclesiae Pragensis, omnia confirmat 66
Georgius Rohowald & Clemens Sacellanus in vas, pice oblitum, coniecti ac ita viui combusti 9
Georgii Wezusseky interitus 127
Georgius Podiebradius à Kunstat Ladislao succedit 30
Georgius Drascouitius Archiepiscopus Collocensis, Vngariae Cancellarius 46
Gilouia mons à Libussa pro nouo mundo aestimatur vaticinando 1
Gentiles, propter anni cuiusdam fertilem fertilitatem, ad Religionem Christianam accenduntur 1
Germani omnes trium dierum spacio, è Bohemia & quam ob causam expulsi 18
Grauissima in Clerum animaduersio 115
Gregorius quintus & Otto tertius, septem Electores constituunt 16
Gregorius sexagenarius, Episcopatui Pragensi praeficitur 43
Gnerna Oppidum 17
Grossi Bohemici à quo primum cusi 23

H.

Hastiludia cur & quando Pragae instituta 128
Helicardus Germanus natione, Deodato sublato succedit sub quo decimarum & fumaliorum origo 17
Helicardus Praesul Pragensis 16
Heinricus Dux Wratislauiensis veneno sublatus 5
Heinricus Episcopus, Premislao & Wenceslao de principatu dimicantibus, Interrex Bohemiae 11
Heinricus Hlozek 181

Heinricus

Heinricus decimus sextus Ecclesiæ Pragensis Episcopus. folio quadragesimo. Educatus in Gymnasio Parisiensi. Ibid. placabilis. ibidem. fit designatus Interrex Bohæmiæ ibid. Sentit Moraviæ insidias. ibid. Moravia se illi subdit. ibid. contra Wandalos Cæsaris rebelles arma sumit. ibid. Proceres cogit ad concordiam. ibid. Ædificia & altaria construit ibid.
Heinricus ab Aledorff, 8
Henricus à Wirnberg Moguntinus Antistes exauctoratus 25
Henricus dux Carinthiæ regno amovetur, filius Cæsaris Henrici substituitur 24
Henricus coercet Latrocinia, corrigit Clericorum mores 21
Heinricus Princeps Vratislaviensis veneno intoxicatus moritur 16
Hermannus nonus Episcopus Pragensis maiorem ætatis partem in aula transigit 38
Hila S. Viti parens 48 duodecim Angelorum splendore excæcatus in cubiculo à filio demum sanatur ibid.
Hinek per Knovvkii qua de causa Bohæmis in carcerem deductus sit 16
Holeisovvicz flumen Pragensium 76
Homines non plebes sed primarii à Pragensibus proscribuntur, quos rex Vngariæ in clientelam recipit fol. 115
Homines ab inquisitoribus coguntur ad confessionem fol. 119
Homines, præ fame nimia devorarunt homines fol. 9
Hroznata S. è familia Guttensteiniana natus mortuus, meritis B. Mariæ virginis vitam recuperat 51 Cecidit sub rotam elabitur ibid. aquis frigidis submersus à pulcherrima virgine sub aquis manu sustentatur ib. Templum Teoplicense condidit. ibid. &c.
Hospitale Crucigerorum à quo erectum 52
Hungarorum & Bohæmorum bellum intestinum fol. 96
Hungarorum inconstantia 125
Hungari à Ferdinando deficiunt ibid.

I.

Iablana oppidum 52
Iaromirus septimus Episcopus Pragensis Heinrico Cæsare permittente ab electore Moguntino consecratur 38 fit contumax in comparendo ibid. Ob contumaciam tandem in Monasterium detrusus ibid.
Iaromirus propter insidias fraternas & Boleslai Poloni, duobus privatur oculis 16
Iaromiri Boleslai cæci filii periculosa venatio 4
Iaromirus & Iohannes Episcopi citantur ad sacerdotem summum 20
Iaromiri insolentia & erga Ioannem Moraviæ Episcopum crudelitas 20
Iaromirus ex insidiis sicariorum tutus evadit 16
Iaromiri Monasterium in honorem Dei & S. Iohannis Baptistæ extructum ibid.
Iaromirus periculo ereptus insidiatores iubet plecti capitibus 16
Iaromirum, S. Iohannes, in venationis periculo, pallio defendit ibid.
Iaromirus, à Cochano, turpissima morte interficitur 16
Illustre Genus Berkarum 5
Imago beatæ Mariæ virginis iracunda visa, à Iohanne Archiepiscopo Pragensi tum temporis adhuc Glacii Scholastico 45
Inclyti regni Bohemici prædicatio 1
In Ethnicis etiam, ante veram Dei agnitionem, igniculus quidam pietatis 2
Index digitus S. Iohannis Ossicensi donatus Monasterio 4
Insula S. Eligii renovando illustratur 16
Inter reliqua festa Bohæmorum, & Iohannis Hussi festum observatur 99
Interitus Pasconis adiuncta reifamiliaris iactura maxima 127
Iavus S. lapide percussus qui lapis sanguine indelebili, adhuc hodie, advenis conspiciendus exhibetur fol. 50
In ponte Pragensi quis primum posuerit lapidem? fol. 7
Inscriptum privilegii ducis Sobieslai super denarium de iudiciis 71
Inventio corporis S. Viti facta Papiæ & non Senis, iuxta Testimonium Caroli Romanorum Imperatoris fol. 58
Iohannes S. ob taciturnitatem confessionis, fœminæ pœnitentis, à Wenceslao aquis submergitur 50
Iohannes filius Woislai, Eques cordatus in extasi quasi constitutus quid post somnum de exercitu Bohæmico, adstantibus retulerit? 4
Iohannes quidam Monachus sigillifer 10
Iohannes Monachus veterem civitatem, novæ coniunxit, senatum & Capitaneum constituit ibid.
Iohannes Monachus ob audaciam, cum associis decollatur ibid.
Iohannes undecimus Pragensis Episcopus 39
Heydelbergam tendit ad Lotharium Rom. Imperatorem ibid.
Magnum dat religioni Christianæ incrementum ibid.
moritur ibid.
Iohannes Episcopus Pragensis, oblatum honorem episcopalem primo renuit 42
Iohannes Rex Bohæmiæ, ob direpta bona Ecclesiastica excommunicatur 44
Iohannes à Smirzitz 46
Iohannes Zmirziczki à Podiebradio & Bohæmis plectitur capite 8
Iohannes Barbatus veteris Pragæ consul 9
Iohannes Episcopus olomucensis in Archiepiscopum Pragensem eligitur 45
Pro peregrinantibus amplissimum hospitale fundavit ibid.
Donatur ab Vrbano Romanorum Pontifice cruce argentea, &c. cum titulo Legati sedis Apostolicæ ibid.
Iohannes tertius Episcopus Pragensis 42
Extruit altaria ibid.
Ioannes Rex Bohæmiæ omnibus bello formidabilis fol. 24
Iohannes quartus, Episcopus Pragensis 44
tres canonicales præbendas fundavit cum aliquot templorum extructione ibid.
Iohannes Rex sacrilegus 8
Iohannes Capistranus 30
Iohannes Rex sustulit 12. Apostolos argenteos & ob id excæcatus 8
Iohannes à Rokizan 10
Iohannes Cardinalis Legatus Gregorii decimi 52
Iohannes S. Sepulchrum inviolabile indictum 50
Iohannes Hlavvsa à Liboslavv proteconsul & aulæ Iudex factus 97
Iohannes Pasconius, ex parte, auctor tumultus Pragensis 94

Iohannes Doctorides propter suspicionem solummodo hæreseos sepelitur extra Pragensium mœnia 117
Iohannes princeps Transyluanus eligitur in Hungarorum Regem. 118
Iohannes Slwka 121. propter litteras promotoriales erga Exules à Pragensibus tormentis afficitur 121
Iohannes à Wattembergk 121
In vrbe Praga bipartiti homines Catholici Romani & Pikhartita 99
Iris in ipsa hyeme quid Bohemis portenti adtulerit 2
Itali per legatos ad Ottogarum confugiunt clientelamque expetunt 22
Iuanus S. Gestimuli Regis quondam Croatiæ filius Eremita decem annis herbis & radicibus victitans 50. à fratribus quæsitus, non inuentus est ibidem
Iudæi Pragæ propter rerum inopiam numerantur 20
Iudæorum quot Pragæ reperti, quot eiecti, quot reseruati 20
Iudæi expilantur 114
Iudæi Praga eiiciuntur 20
Iuditha filia Rodolphi Cæsaris nubit Wenceslao vbi & nuptiarum festum splendedissimum describitur 23
Iso Helicardi successor in pauperes beneficus 37
Iura Bohemica sub quo congesta 11

K.

Kalenecz proclamatur, ob confeßionem Iesu Christi Martyr 119
Kostraun ciuis & Pannifex Pragensis delirus comitiis se inmiscet, pugnis ad internecionem vsque cæditur 97
Künsperg Arx 51

L.

Ladislaus Rex in locupletandis ac suffulciendis templis & Monasteriis apprime liberalis 7
Ladislaus Rex Hungariæ à suis miserabiliter interemptus est 23
Ladislaus Alberti posthumus 29
Ladislaus coronatur 29
Ladislaus pie hac ex vita, præmissa salutari adhortatione, discedit 30
Ladislaus ambit Margaretham Galliæ Regis filiam 30
Lampas vitrea collapsa apud sepulturam S. Hroznatæ, remanet integra 51
Latro quidam S. Barbaræ addictus, in albo monte prope Pragam, palo adfigitur, &c. 6
Legatus Pontificus multa Bohemis & Morauis promisit ast paucis fidem soluit 110
Leo missus ad deuorandum S. Vitum signo S. Crucis conspecto fit mansuetus 48. Filius Diocletiani à dæmone obsessus liberatur à S. Vito 48
Libertatum Bohemicarum confirmatio Przemislai Ducis Bohemi 86
Libussa filia Ducis Croci 1
Libussa quot & quanta vaticinia Regno Bohemico, imprimis vero ciuitati Pragæ, annunciata 1
Libussa SS. Wenceslaum videlicet & Albertum Pragæ prouenturos, populo Bohemico, denunciat 1
Libussa princeps laudatißima, triplicem Pragæ ciuitatis gratiam promeruit 1
Libussa vaticinans 1
Libussa comparata Sibyllis 11
Libussa quo pacto sibi maritum delegerit 11
Litteræ testimoniales super libros Euangeliorum S. Marci 57
Ludmilla filia Saluibori Melaicensis 12
Lucas Boleslauinus Pikhardus 119
Ludmilla à S. Cyrillo, ad fidem Christianam amplectendam monetur cælitus 2
Ludmilla gentilis, eiusdemq; idolum 2
Ludmilla cadauer odoriferum ac incorruptum post triennium inuentum 14
Ludmilla S. Bohemiæ ducissa 7. Ecclesiarum Conditrix 50
Ludmilla Wenceslai auia à duobus sicariis noctu peplo proprio strangulata 14
Ludmillæ cruenta vestigia indelebilia 50
Ludouicus Rex Vngariæ, propter controuersiam à Carolo quarto sublatam, gratus erga Carolum 7
Ludouicus Rex Hungariæ, &c. cum coniuge ad occupandum solium Hereditarium iter Pragam instituit 97. honorifice à Regni proceribus excipitur. ibid. à Baronibus contentio exoritur ibid. rixa Baronum à Rege quo pacto sublata ibid.
Ludouicus Wladislai successor in Danubio mersus perit 31
Ludouici Regis Hungariæ Imperium, ætas, virtutes & vitia 119
Luporum ingens multitudo deuorat homines innumerabiles 9
Lutheri tempore proceßiones Bohemorum Pragæ subsistunt, ibidemve tumultus exoritur, sed ope Administratoris rursus sedatus 99
Lutheranus & Pontificius disputando à verbis ad verbera immania perueniunt 107
Lutherus scribit ad Bohemos captiuos libellum de Ordinatione 108
Lutherus scribit ad Gallum Caherum vt à simultatibus abstineat 108

M.

Magnus Bohemorum, sub ipso Wenceslai aduentu, applausus 23
Magi & sortilegi puniuntur 20
Maiorum erga sanctos, deuotio 2
Mappa, Cœnæ vltimæ Saluatoris, vbi ad ostensum reseruetur 7
Matthæus Lanco ex Senatu minoris Pragæ pelle, quam ob causam exutus 96
Mathildis filia Bonifacii Ducis Lucani 20
Matthias contra Wladislaum multa mala molitur: attamen disponente Deo, iam iam Bohemiam ingressurus fatis conceßit 96
Matthias Malinskii pellio Kuttenbergensis 99
Matthias Rex statura quidem exigua est vir astuti & acutißimi iudicii 96
Matthias Pikhardius iam captiuus, ex carcere scribit ad F. Laurentium 114
Matthias Kakas dictus Ephipiarius, vna cum tribus aliis stultitiæ luunt pœnas periculosißimas 98
Martinus ex ordine Crucigerorum, promotore Inuictißimo Rom. Imperatore Rudolpho 2. ad dignitatem Archiepiscopalem euectus 46
Mainardus natione Germanus decimus Antistes Pragensis 39. Tumbam S Adalberti exornauit ibid. sepulchrum domini visitauit ibidem, innocentiam ob delationem, apud Archiepiscopum Moguntinum contestatus est ibid.
Mandatum Senatus Pragensis 14. articulis comprehensum & ad compescendos Parochos in Religione dissentientes, ad valvas adfixum 100
Manus in S. Vitum coniecta arefacta 48
Mansionarii Ecclesiæ Cathedralis Pragensis 7

Marsic.

Marsik laicus, plexus capite 9
Martinus Lutherus, Bohemis multas scribit litteras in iisdemue illis communionem sub vtraque specie scrib commendat 99
Maxima frequentia in Iubilaó Pragensi 27
Maximilianus Ferdinando, patri demortuo, succedit. 33
Maximilianus, vno anni circuitu tribus trium regnorum coronis coronatus 33
Maximilianus moritur relinquendo Imperium filio Rudolpho 34
Mechanicus floccipendens S. Wenceslaum obmutescit, sed mirabiliter denuo sanatur 8
Mechanici suspecti, propter haresin, à labore abstinere coguntur 118
Mercator Pragensis tribulatus à Creditoribus se suspendit, post cuius mortem qua acciderint. vide fol. 116. & 117
Methudii benedictio, Borisuorio facta 12
Methudii & Cyrilli mors 13
Millavvetz villa Bohemica 36
Miraculum in tortura S. Viti luculentissimum 48
Miraculum S. Viti, post mortem, vnum vel alterum 49
Miracula aliquot edita à S. Agnete 52
Mistibogius à Damone suffocatus 12
Misnensium in Bohamos, irruptio prope Ziatecium. fol. 3
Mlada Boleslai pii soror S. Georgii & S. Benedicti Abbatissa 15
Mnatha Nesamislai filius 11
Mohacz Oppidum quinque & viginti milliaribus post Budam dissitum 118
Monasterium Strabouiense 5
Monasterium S. Procepij sub Seuero extructum 37
Monasterium Carolinum 7
Monasterium Opaticense 38
Monasteriorum, Sacellorum, &c. per vniuersum Bohemia regnum recensio 53
Monasterium Doxanense Ordinis Pramonstratensis 5
Monasterium Chotiessouiense 51
Monasterium Pinoniense 18
Monasterium Trebnicense 52
Monasterium Carthusiense à Iohanne Caco erectum combustum, Monachi cum ludibrio captiui detenti 9
Morauia ab exteris, manu armata depopulata, Rex Sovvatibogius ad Eremitas concessit seque non nisi ad extremum vita diem reuelauit 8
Morauorum liberatio 59
Morauia cultu diuino, litteris & bona politia cur destituta fuerit 8
Monasterium S. Iacobi in Praga veteri 21
Mors Wenceslai 28
Mons regalis vrbs maritima quem in finem à Premislao extructa sit? 22
Mons pineis consitus eiusdemve notatio 1
Mons Gruppensis stanno & plumbo refertissimus 1
Montes Cuttnenses argento praediuites 1
Mortui solummodo in Cœmiterio non autem alibi sepulti 3
Mortuorum Episcoporum collectio & sepultura 41
Mos sacra cantandi lingua vernacula aboletur à Romano Pontif. 13
Multa hominum millia per Methudium conuersa 12
Multa de Cade Catholicorum Praga ex plebe expiscantur 110

N.

Neclaex Vinslao nepos Primislai 11
Necla iustitia administratio 11
Nesamislaus Primislai filius 11
Nicolaus de Rosenberg prasul Pragensis 42
Nicolaus respuit confessionem vna cum hospita in aliquibus articulis, examinantur 119
Nicolaus vna cum Clara hospita sua, nolentes reuocare, damnantur ambo ad rogum 120
Nycenus presbyter & ludimoderator Budecensis 13
Nemburgum oppidum 9
Nitzia in Pannonia 12
Nobilitas Bohemica quando contra Wenceslaum Regem insurrexerit 3
Nouum vectigal (Ungelt) à quo in Bohemia introductum 24
Nuncii allatas litteras post liberationem è carcere coguntur deuorare. 117. Post indignis modis tractantur. ibid.
Nundina in die dominico à quo probibita? 3

O.

Opatovvitze Monasteriū quondam ditissimum eiusdemque thesaurus 2
Omnia bona Ecclesiastica ab Ernesto, primo Archiepiscopo Pragensi in acta redacta 44
Omnium donationum, Ecclesia Wissegradensis factarum, confirmatio Primislai Regis Bohamorum 83
Omnium Ecclesia Pragensis priuilegiorum confirmatio à Wladislao facta 69
Ottagarus Rex Boh. renuit Rudolpho Rom. Imperatori praestare obedientiam 9
Otto Morauia Dux irruptionem fecit contra Sobieslaum ducem Bohemia 3
Otto duodecimus Episcopus Pragensis. 39. Erga Ecclesiam suam liberalis ibid.
Otabari Bohamorum Regis, priuilegium libertatis obedientia Quadragesimalis in prouicz. & vgrecz. 55
Ottagarus oblatum sibi Romanum Imperium repudiat 22
Ottagaro post victoriam Bela, auro & argento nullus persimilis 22
Ottogari Marescallus in Romanorum Imperatorem eligitur 22
Ottogarus pralio deuictus, obijt 22
Ottogari Regis Bohamia, priuilegium de Mensura concessa Ecclesia Pragensi 54
Ottocarus prouolutus ad genua Imperatoris omnibus se exponit ludibrio 43
Ottagari Bohamia Regis, Tenor priuilegii, super donatione bonorum in Zabradka, &c. facta Ecclesia Wissegradensi 76
Ouin, Celestinorum Monasterium 27

P.

Pacta & conditiones 4. à Cesare, Papa proposita, quibus seruatis, Papa receptus in gratiam 122
Pasca, ignem olfaciens aures asininas demittit. fol. 124
Parochus ad S. Egidium Praga, cur missus in carcerem 104
Papa Innocentius confirmat Ottogari Regis Bohemia donationem Ecclesia Wissegradensi factam fol. 82
Papa sitit aurum, nihil gratis facit 110
Parentum percussores Bretislaus quomodo puniuerit 3
Parochus Wesolensis 9
Parochi aliqui ex vrbe Praga proscribuntur & in exilium mittuntur 98

Parochorum Pragensium discordia in Religione 99
Parochi in Betlehem, Georgii Ssamal ad S. Henricum, Wenceslai Kezazek &c. propositiones de Religione, sub Supplicatoriis litteris Senatus Pragensi oblata 100. & 101.
Patrimonium S. Petri à Mathilde, filia Bonifacii Ducis Lucani profectum 10
Paulus Cardinalis 10
Peplum S. Ludmillæ vbi inuentum 5
Permutatio quædam capituli cum præposito Ecclesiæ Wissegradensis 26
Petrus à Michalowez in Ecclesiasticas viduas & Orphanos crudelis 8
Petrus Cardinalis à via lata 41
Petrus Archiepiscopus Moguntinus Vicerex officio renunciat 9
Petri à Michalowez coniux rubore perfusa ad tumbam S. Wenceslai 9
Petrus Archiepiscopus Mogunt. Bohemiam adnexa benedictione, relinquit 9
Petrus à Rosenberg in Krumlow 117
Perniciosissima Bohemiæ clades & incommodum ob inobedientiam Ottocari Regis 9
Philibertus præsul Constantiensis 28
Pictor increpat Monachum vitam D. Barbaræ pro concione enarrantem 103
Pikardorum aliorumve hæreticorum ortus 9
Pikartitæ Praga proscribuntur 103. & 107
Pikhartitarum religio 99
Pisani à Carolo adiuuante Nobilitate Bohemica superantur 26
Pisanorum perfidiosa dimicatio intestina cum Carolo 26
Pitonium Monasterium prope Tinam Ordinis Eremitici 38
Pii secundi Querela de ruina Regni Bohemici 28
Plebs Pragensis commota breui tamen rursus ista factio composita 102
Pluuia trib. antea desideratis mensibus quo anno illico fit subsecuta 2
Podiebradius paulo post Rokizanum moritur 31
Podibus fidelis S. Wenceslai Comes 48
Populus Bohemicus coniunctis Taboritis, Bohemicam terram denuo inuadunt 10
Potho d. Mscin donatio Capitulo Wissegradensi facta 83
Potestas Ladislai data administrationibus exoluendi bona Archiepiscopalia proscripta, &c. tollit ibid. proscriptionem vlteriorem 66
Potestas & obligatio Ladislai vlterior 66
Pontifex à Rokizano, appellatus Antichristus Propheta falsus, Bestia, &c. 112
Pragæ amplificatio 20
Pragensium processio solemnis, festo Corporis Christi instituta 115
Pragensium cum Iudæis collusio & factum Iudaismo dignissimum 115
Pragenses contra ciues sæuire denuo incipiunt 110
Pragenses non habent ius & potestatem tyrannidem exercendi in suos conciues 118
Praga ad ostendendas Sanctorum reliquias, 100000. hom. conspecti 5
Pragenses Regis Bohemiæ, officiales sunt Iurati à Rege constituti ad tempus 118
Pragensium obstinata contumacia in recipiendis proscriptis 117
Pragenses ob euictum Maximilianum exultant explosione tormentorum, &c. 121
Pragenses concessu Vladislai per seipsos Senatum constituerunt: alii propter sæuitiam eadem potestate rursus priuati sunt 98
Pragenses proscriptis suis ciuibus saluum promittunt conductum 119
Pragensium tumultuantium contra exules pœnitentia 121
Pragenses, ob obstinatam malitiam, à Rege Ferdinando citantur 124
Praga vrbi Ierosolymitanæ similis 5
Prælati Archiepiscopo Moguntino mißificante, infulis ministrant 35
Prælati & cæteri Canonici vti possunt mitris gemmis adornatis in absentia Archiepiscopi Apostolici Legati 65
Præsuli Magdeburgico cur ademptus Magistratus 43
Pramislaus per 10. dies integros, in exilio durißime laborat 21
Premislaus audita morte Cæsaris, in Bohemiam proficiscitur, & demum restituitur 23
Premislaus ab Henrico Cæsare persequitur 21
Pramislaus Wenceslai filius in surrogandis Magistratibus sedulus 22
Primislai calcei viminei manu sua consuti 11
Primislaus ex agro ad Ducatus dignitatem mirabiliter euectus 1
Primislai stimulus quo ipsius tauri regebantur terra infixus tres emisit ramos Coryli 11
Primislai vaticinium de stimulo frondenti & ramis duobus aridis 11
Primislai mensa ferrea eiusque significatio 1
Primislai mensa ferrea 11
Primislaus & Lybussa vaticinando consentiunt solio 1
Primislaus arator salutatur princeps 11
Primislai & Libussa Idolum aureum 2
Priuilegium datum à Carolo Pragensibus, quibus conceditur peries alta, quod pro sua voluntate in vita & morte pro lubitu legare poßint 56
Priuilegium donationis cuiusdam in Holubiez Ecclesiæ Pragensi concessum 57
Priuilegiorum quæ penes Ecclesiam Pragensem Metropolitanam haberi potuerunt, recensio 5
Priuilegium libertatis quod videlicet Ecclesiastici homines sint immunes ab omnibus muneribus sordidis, datum ab Ottogaro V. Bohemorum Rege 60
Priuilegiorum Ecclesiæ Pragensis confirmatio facta per Wenceslaum Regem Bohemum 65
Procopius S. Dæmones eiiciendo arare cogit 50
Procopius Contanus Kebus Abbas Ordinis S. Benedicti 57
Pro confirmandis compactatis Legatorum Bohemorum certus numerus mittitur in Hungariam ad Regem & nuncium Apostolicum 114
Procopii non pauca edita miracula 50
Promotio compactorum confirmandorum interuentu & obstante Nobilißimo Ordine Equestri Bohemico, differtur ad Concilium 114
Propter quotidianam populi Pragensis, obmurmurationem indicuntur Comitia 98
Proscripti ciues Pragenses denuo ad Comitia Regis Hungariæ citantur 117
Proscriptiones bonorum, Catholicorum Canonicorum à Wladislao annullantur 90
Prusia subacta 22
Pruteni Christiana fides hostes debellantur volentes baptizantur 22

Q.

Quadraginta millia studiosorum ex Vniuersitate Carolina discedere commouentur 9

Quatu

Quarti Bohæmorum Ducis Wenceslai Monoculi, confirmatio priuilegiorum Ecclesiæ Pragensi concessorum 87 & 88
Quatriennis Tumultus Pragensis 123

R.

Radislaus Dux Curimensis 14
Regis Ferdinandi in causa ciuium proscriptorum, declaratio 124
Regis Daciæ visio nocturna 15
Reconciliatio Wratislai cum fratre Spitigneo 18
Renovatio & confirmatio priuilegii fundatoris, super præpositi factum data à Wenceslao Bohemiæ Rege quarto 70
Rodolphus Cardin. Jaromirum parere nolentem sacerdotio abdicat, &c. 20
Rodolphus Cardinalis ad castigandum Jaromirum mittitur in Bohemiam 20
Romani Pontificis ad populum Rom. adhortatio, eiusdemve apparatus bellicus 122
Roma obsidione à Romano Imperio, cincta capitur, vbi opima spolia deportantur 122
Rex Bohæmorum à pietate deflectit monitu tamen amicorum resipiscat 21
Rex Bohæmorum cum coniuge inungitur & Cancellariatui Gymnasii Carolini præficitur 44
Rex & Carolus Romæ reuersi processionaliter excipiuntur 44
Rex Vngariæ breuissimo temporis spacio, procerum suorum gladio transfossus, cecidit 3
Rex Vngariæ mandat Carolo Principi vt Exules Pragenses restituat 116. instituit Comitia excludit Carolum principem, &c. proscriptos demum restituit ibid.
Rex Hungariæ invalidus contra Turcam vincitur & à suis derelictus in palude lemosa misere interiit 118
Rex Bohæmiæ Wenceslaus adnumeratur Electoribus Imperii 23
Rex Bohæmiæ timens Turcæ copias, petit ab ordine Equestri auxilium quod ab aliquibus consequitur 118
Rex Poloniæ Sigismundus sororem Stephani ducit in vxorem 121
Rixa inter Clerum & populum Bohæmicum 20
Rudolphus Habspurgicus Ottogari Marescallus 22
Rudolphi victoriam multæ exteræ nationes mirantur & per legatos exosculantur 34
Rudolphus ad excolendas litteras missus vna cum Ernesto in Hispaniam 34
Ruinæ aliquot terræ motu collapsæ à Carolo subleuantur 26

S.

Sacellum Pragense vna cum aliquot altaribus spoliatur 43
Sacerdotes ab iniuriis, Mediatore Honorio Rom. Pontifice liberantur 42
Sacerdos Papisticus Sodomiam exercet 120
Sacramentum venerabile, combusto templo S. Andreæ Pragæ veteris, in pixide repertum 6
Sancti aliquot Poloni, vita innocentissima à latronibus spoliantur 51
Sanctorum Patronorum suffragia quantum apud Bohæmos valuerint 6
Scintillula quædam commotionis intestinæ in Praga minori extincta 101
Schwatibogius, ob male tractatum S. Methudium anathemate percutitur à Rom. Pontif. 8
Sebastianus à Westmuhl 121
Sembor mors 14
Senatores delicti magnitudinem perpendentes præviâ pœna agunt pœnitentiam 9
Senatores Pragenses vrbis veteris Martinum presbyterũ de ponte iussere præcipitari 9
Senatus Pragensis innouatur 123
Seuerus sextus Episcopus Pragensis 17
Seuerus Bohæmiæ Episcopus 2
Seuerus natione Saxo in Bohæmorum Episcop. à Wratislao constituitur, quam constitutionem Bohæmi impugnant 20
Serui fidelis præmium 5
Sigericus à nouerca vino inebriatur postmodum vero laqueo collo iniecto, suffocatur 49
Sigismundus indicit comitia 28
Sigismundi adhortatio ad principes Germaniæ 28
Sigismundus erga Clerum munificus 28
Sigismundus Rex Vngariæ & Poloniæ lingua latina peritissimus 28
Sigismundus armata manu regnum occupat 28
Sigismundus Rex Vngariæ & Poloniæ, &c. 28
Sigismundus mortis præscius, alium successorem deligit 29
Sigismundus S. Bohæmorum Patronus 27
Sigismundus S. Rex & Martyr cum coniuge & filiis decollatur & in puteum conicitur 49
Claruit imprimis à febre liberando ibid.
Simultates & contentiones Pragenses diuersimodæ 101
Sobieslaus adiuuante & intercessore S. Adalberti contra Ottonem Morauiæ ducem progreditur 3
Sobieslaus Pragam sibi subiicere attentavit 4
Sobieslaus interuentu Aquilæ & clamore magno contra hostes volitante, tum etiam præsente S. Wenceslao victoriam contra Saxones obtinuit 4
Sobieslaus in fugam versus sauciata magna parte capitis 4
Sobieslai priuilegii Tenor super donatione S. Villarum, cum confirmatione donationis prædictæ 73
Spectra Pragæ passim conspecta 103
Spitigneus ab aliis corruptus, degenerat 13
Spitigneus D. Petro & Paulo, erigit templum in oppido Budeco 13
Spitigneus ex Tyranno, vir mitissimus 3
Spignei Berkæ Coronatio amplissima personarumq́, dum temporis præsentium descriptio 47
Spignei Berkæ Baronis à Duba & Lippa Illustres dignitates Ecclesiasticæ 47
Spitigneus Dux in somnio, à S. Vito admonitus vt à crudelitate & nimia tyrannide abstineret, cui quam primum obtemperauit 3
Spigneus Berkæ, vir summa fama & existimationis auxilio Rudolphi 2. Rom. Imperatoris fit Archiepiscopus Pragensis 4
Spitigneus Princeps omnibus clarissimus 13
Spitigneus succurrit viduæ iniuriam ab Aduersario patienti, idemque omnibus Iudicibus Pragæ inuocatis facundum serio iniungit folio 19
Spitigneus locum S. Wenceslai Pragæ angustiorem, laxando amplificat 19
Spitignei præclara virtutes earundemve aliquot præconia 19
Spitigneus metiendo murum, solus clibanum impedientem demolitur 18
Spitignei ludus litterarius 13
Spitignei subita Metamorphosis 21
Spitigneus templo magnifico ædificando nondum absoluto moritur

Spinco

INDEX.

Spinco Archiepiscopus Pragensis tria millia peditum ducit contra Clemonem Bauarum irruentem Bohemiam 45, Mors huius ibid.
Statuta Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis 44, Bulla aurea à Carolo quarto, Romanor. Imperatore confirmata ibid.
Statuum Bohemicorum iurgia à quo sublata 121
Stella lucidissima in Aprili conspecta Bohemis, Wenceslai restitutionem denunciat 9
Sub S. Wenceslao Sacerdotum Templa, monasteria, &c. primo introducta 2
Sub S. Wenceslao aurea secula 2
Supplicatio, Exulum Pragensium, ad Senatores Nouæ Pragæ 125
Susanna Fratikorra 121
Sutor domi baptizat liberos, qui ob id à Senatu Pragensi notatur stigmate 103
Suatoplucus, Rex Marcomannorum 2

T.

Taberna Conditorum, potatorumque, pœna irremissibilis 3
Taboritæ à Ziska pupillis separati 9
Taboritis ostendebantur reliquiæ SS. quas irridebant, sed vento illorum domus diruta ita ut triginta millia hominum amiserint 8
Tachouia claustrum Ord. Carmelit. 7
Tempore coronationis Regis Ferdinandi maxima annonæ Caritas 127
Templum S. Clementis in Regio gradecio 2
Templum S. Georgii in monte Gezipper quem restaurarunt 4
Tenor priuilegii super auctaprebendarum actione, Ecclesiæ S. Laurentii & hospitali S. Mariæ, à Boleslao legatus 73
Tenor confirmationis priuilegii Ottogari tertii super priuilegio sobieslai 72
Tenor priuilegii Wenceslai II. Regis confirmatorii & Renouatoris proximi priuilegii à sobieslao concessi 74
Tenor priuilegii Ottogari Regis, confirmatoris primi priuilegii sobieslai 71
Tenor priuilegii, Gregorii Pontificis Maximi 75
Thermæ Teplicenses 11
Thobias præsul & Theobaldus iudex summæ rei administrandæ in Bohemia præficiuntur 43
Theodoricus Monachus Cistertiensis Carolo familiarissimus 25
Tobias Episcopus uiteRex Poloniæ 23
Tobias Episcopus Pragensis 43
Thomas Zachlubik 12
Tympanum ex pelle humana 10
Tractatio quatuor ciuium Proscriptorum cum Pragensibus 124
Terræ motus sub Seuero Episcopo Pragensi 37
Territorium regni Bohemiæ à quo & in quantum amplificatum 22
Testimonium de Cingulo S. Mariæ ac aliis reliquiis illustribus 57
Tertii Bohemiæ Regis, Primislai, renouatio ac confirmatio priuilegii prætendentis facta 70
Tetus arx 13
Tubicen quidam Regis Hungariæ D. Pasconem arguit mendacii 114
Tubicen hoc sermone irritat populum qui contra Legatum arma arripit 114
Tumba Cæsarea à Rudolpho extructa 34
Tumultus Pragensis auctores præcipui 25
Tumultuum Pragensium quæ fuerint causæ & incitamenta 26
Turca Hungariam vehementissimè obsidet 118
Turca Budam, nemine resistente, occupat: Iudaos trucidat 118
Turca obsidens Viennam, cum ludibrio recedere coactus 125
Turris arcis Pragensis auro, quando & à quo quondam sit contecta 9

V.

Valentinus Germanus, decimus quintus Ecclesiæ Pragensis Episcopus fol. 40, Intrusus ab Elisabetha Regina ibid.
Valesca & Amazonum Imperium 111
Varia conspecta Chasmata 121
Vaticinatio Libussæ principissæ de sylva Betullica 1
Vdalricus ducit in matrimonium Borzenam rustici cuiusdam filiam 16
Vdalricus fessus ex venatione à Procopio S. siti leuatur aqua videlicet in vinum versa 50
Vetus Pragense templum renouando nullis ditatur reditibus 25
Vexillum Slauniconis 3
Villa in Codkowicz Ecclesiæ Wissegradensi à Wenceslao donata 82
Villæ Semych ad præposituram Pragenseni priuilegium Wenceslai Regis Bohemiæ 59
Vitus S. duodecim annorum puer sub Diocletiano Christum crucifixum professus est 48
S. Vitus ad silerum fluuium enutritus ab Aquilis 48
S. Viti & Wenceslai Ecclesia in arce Pragensi caput & sepultura Caroli, regum itidem aliorum & principum 10
Vlricus à Waldeck adflatu quopiam & præsentia Virginis Mariæ motus ut Eremitis Ord. Augustini Monasterium extrueret 5
Vlricus Comes carcerem euitat, fuga salutem sibi quæritando 28
Votichius Obiurgator 15
Vogenus, Vneslaus & Wratislaus 11
Votichius Moguntiæ à Damone suffocatur 15
Votichius, filius Slauonici Libicensis Comitis declaratus Episcopus 15
Vrbani Romani Pontificis priuilegium quod Praga nullus habere debeat duas præbendas vel duos Canonicatus Wodiuisis 63
Vrbs Noua Pragensis ob recuperatam libertatem exultat 123
Vxor Caroli 4. propter ægritudinem nimiam Mariti Pragæ ad ornandum caput S. Sigismundi, magnam vim auri confert, domumque tendit, vbi Maritum saluum & incolumem ipsa conspicit 7

W.

S. Wenceslaus Boleslai pii Intercessor 2
Wenceslaus Rex Bohemiæ, à Rudolpho multis donatur bonis, ac Roman. Imperii Ordinum, gratiam & beneuolentiam persentiscit 3
Wenceslaus Rex obit Apoplexia 9
Wenceslai & Alberti (Sanctorum) in prælio Wratislai ac Bretislai filii miraculum 5
Wenceslai Adalberti aliorumque Sanctorum corpora incorrupta inueniuntur 5
Wenceslaus iuuenis ab Electore Brandeburgensi captiuus detentus 9
Wenceslaus Rex Bohemorum captus, liberatur laqueo dimissus 3

Wences-

Wenceslaus ex insidiis fraternis à Boleslao Germano confoditur 14
Wenceslai prouerbium 21
Wenceslaus, contra Ducem Curimensem, defenditur ab Angelis 14
Wenceslaus inter venandum amittit oculum 21
Wenceslai pietas 23
Wenceslaus lignifer 14
Wenceslaus ab duobus Angelis ad curiam deducitur 14
Wenceslaus sub glacie ambulans frigus non sentit ib.
Wenceslaus ab electoribus citatus, inconsideratissimè respondet 27
Wenceslaus S. Bohemis belligerantibus præcedit Panoplia aurea equo albo, &c. 3
Wenceslaus comparat carnificis 27
Wenceslaus inii Monomachiam cum duce Curimensi 14
Wenceslaus S. pisti ac temperant 14
Wenceslaus Sanctus occumbit sepultus intra septa sui monasterii cucullo Cisterciensi indutus 24
Wenceslaus S. Gentilium liberos ad baptizandum coemit 48
Wenceslai S. pia deuotio ib.
Wenceslaus Ludmillæ filius adoptiuus 13
Wenceslai S. Ocreferes partim in rabiem versi, partim alio modo puniti 15
Wenceslai S. sanguinis profusus indelebilis 14
Wenceslai S. Bohemis quando redditus 23
Wenceslaus Caroli plens degener mingit enim in ipsa coronatione, in fontem sacrum & altare simo proprio contrectat. 27
Wenceslaus signifer Otthonis Imperatoris 14
Wenceslai mater adultera 23
Wenceslai Regis Bohemiæ priuilegium super libertate [illegible] curia Ecclesiæ Pragensis 59
Wenceslaus cognomento Otthogarus Rex à pueris de[illegible] vna cum patre regit 21
Wenceslaus pro cognomine Otthogaro dictus Monoculus ibid.
Wenceslao à Zacessio struuntur insidiæ 23
Wenceslai facta crudelissima 27
Wenceslaus Wenceslai filius, tribus Olomutii confossus vulneribus, obiit 24
Wenceslaus filium regno præficit & ad pietatem adhortatur sedulo ibid.
Wenceslaus permittente Bonifacio domi Iubilæū celebrat. 27
Wenceslaus filius Caroli sesquiennis coronatur ibid.
Wenceslaus Sextus impuber sub tutelâ Marchionis Brandeburgici 43
Wenceslai Regis Bohemiæ priuilegium quod homines [illegible] Ecclesiæ per aliquem pro delicto commisso detineri nō debeant. 54 & 55
Wenceslai Bohemorum domini confirmatio priuilegiorum [illegible] sacristia Ecclesiæ Pragensi concessæ 56
[illegible] à Waldeck, dux exercitus Bohemici, animo [illegible] suos contra Misnenses adhortatur 3
[illegible] Moguntinus Archiepiscopus 36
[illegible] gradum [illegible] mœnibus 7
Wladislao coniugi suæ Virgin. S. Maria aurifodinā ostendit 5
Wladislaus à Friderico primo, donatur insigniis regiis 21
Wladislaus trecentum galeatis equitibus succurrit Henrico VI. Rom. Imperatori ib.
Wladislaus impius ib.
musca in os inuolata fluxum sanguinis excitat, qui ipsi die decimo necem adtulit 22
Wladislaus Casimiri Regis Poloniæ filius Podiebradio succedit 31
Wladislaus maximo Bohemorum planctu moritur Pragæ ibid.
Wladislai visio nocturna quatuor patronorum ibid.
Wladislaus Rex Bohemiæ, Pragensis Ecclesiæ priuilegia confirmat, omnesq; de dictis bonis præscriptiones suas annullat. 67
Woislaua S. Beati Hroznatæ soror extruit Monasterium 51
S. Wolfgangus Præsul Ratisbonensis 14
Wratislaus adhuc tenella ætatis euehitur ad regimen Imperii 13
Wratislaus ac Bretislaus filius inuicem bello grauissimo dimicant. 3
Wradislaus pietatis studiosissimus 13
Wratislaus Spitigneo succedit, Morauia inter fratres iuniores diuiditur 19
Wratislas patientia, intolerandā fratris sui Gerardi insolentiā 19 & 20
Wratislaus quo pacto fratris Gerardi arrogantiam eluserit 20
Wratislaus scribit, de Jaromiri superbiā, ad Rom. pontificem ibid.

Z

Zacessius Rosensis 27
Zatecium ciuitas regia diabolus obsessa 9
Zechius Dux quo anno, sub quo Romano Pontifice, sub quo Imperatore, cum selectiori Croatia & Sclauonia populo, in regnum Bohemiæ descenderit 1
Zechii aduentus, in oua Bohemica, cum populo Israelitico comparatur ib.
Zechius Gentilis 10
Zdenko Kosska fulmine tactus sexto die moritur, sancti festo Laurentii maledixerit, &c. 8
Zderas monasterium 39
Zdislaua S. è familia Baronum Berkarum Eremita & flagellatrix corporis 52
nupsit marito ibid.
larga & misericors admodum erga pauperes &c.
apparet post mortem marito veste rubea, parte vesti ipsi relinquendo ibid.
Zderaz dictus 12
Zeka Cancellarium Pragensem, Magistrum cuiusnam Danielem &c. officiis priuatos crudis in carcerem 102
Ziska multis deuastatis ciuitatibus obsidet Bruxiam 3
Ziska exercitus, visione nocturna territus in diuersas partes diuisus, ac ita in fugam versus est ib.3
Ziska contra Wenceslaum Regem irritat populum. 2
Ziska Monoculus, apud arcem Rabii, etiam & altero priuatur oculo 10
Ziska testamentum crudelissimum ibid.
Zrip mons. ibid.

FINIS.

